John Drummond Hay
e libris patris amantissimi [illegible]
25 Jan: 1835

G, 151/C

LEXICON
LINGVAE ARABICAE

IN

CORANVM HARIRIVM

ET

VITAM TIMVRI

AVCTORE

IOANNE WILLMET.

ROTTERODAMI,

APVD C. R. HAKE.

Veneunt ET *LONDINI*

APVD J. JOHNSON (*No. 72, St. Paul's Church-Yard*)

MDCCLXXXIV.

304761

WELLCOME HISTORICAL MEDICAL LIBRARY

PRAEFATIO.

Dudum eſt quod viri docti perſpexerint bene conſultum fore et incremento literarum Arabicarum et tironum commodis, ſi tale Lexicon ederetur, quod cum voces atque dictiones omnes in paucis ſed praecipuis libris Claſſicis obvias quam exactiſſime referret, tum eo ipſo, quod eſſet particulare, parva ſua mole ac pretii exiguitate ad communem uſum magis comparatum eſſet quam maiora vel Giggeji vel Golii Lexica. Talium certe Lexicorum particularium uſum cum Graecis olim probarunt Philetae, Apollonii, Harpocrationis, Timaei, et aliorum, quae interciderunt, plurimorum exempla: tum vero, renatis quoque literis, confirmavit Seberi, Coulonii, Porti, Parei, Baldi, Rhodii, Nizolii denique et Erneſti partim in Graecis partim in Latinis ſcriptoribus occupata diligentia. Eundem uſum cum agnoſcerent etiam gentes Aſiaticae, magna illis parata eſt copia Gloſſariorum in quoscunque melioris notae libros: ex qua, optandum profecto eſt, ut tandem aliquis, laudando propoſito, Meſnavicum Perſarum e Bodleiana, Coranicum Arabum e Batava Bibliotheca in lucem proferat; unde magis forte huius-

modi

modi Lexicorum praeſtantia intelligatur, quam ex ullo, quod quidem publicatum ſit, Veterum aut Recentiorum exemplo poſſis coniicere. Perſpecta igitur, quae ex Particulari Lexico in Arabicas quoque Literas redundarent, commoda iam initio huius ſeculi moverunt Lakemacherum, Profeſſorem Helmſtadienſem, ut, brevi edito ſpecimine, Gloſſarii Coranici, a ſe parandi atque Corano ſubiungendi, ſpem iniiceret: nudi quidem, ut videtur, vocabulorum indicis, multo tamen uſui futuri. At, qui ſaepius huiusmodi promiſſa manet exitus, non exſolvit; nomen quod contraxerat. Poſtea vero nova eiusmodi operis deſideria excitabat ill. Michaëlis; ſiquidem hic auctor ſit *Relationis Gottingenſis*, in qua, ante hos decem et quod excurrit annos, honorifica mentione facta Gloſſarii Scheidiani, optatur ut quis eandem operam Corano impendat. Atque iam huius rei laeta ſpes affulgebat: Lipſiae enim hoc meditabatur Reiskius, Oxonii confecerat paene Whitius, Hafniae paullo poſt annunciabat Hornemannus, ac noviſſime Germaniam ſuam de eodem propoſito certiorem faciebat Bauerus, Viri Clariſſimi. Et tamen, neſcio fere quo caſu, a tantis Viris deſtitutus labor in nos denique incubuit. Primo enim ad audendum adhortabatur cl. E. Scheidius, et, pro ſumma ſua benevolentia, idem, quod Fratri ſuo praeſtiterat, promittebat auxilium. Porro Reiskius, magnum illud literarum Arabicarum decus, oneri ſe ſubducere, infirmis illud humeris imponere, cunctantibus nobis calcar addere, et, qua erat humanitate, ſuas lucubrationes polliceri; in-

vitos vincere. Ut autem quid praeſtare conati fuerimus cognoscat lector eruditus; ſciat, reiecto priori de Corano ſolo eiusque tantum vocibus conſilio, ipſoque, quod iam primis lineis deſcriptum erat, opere, nos tres potius, quos titulus indicat, auctores nobis excerpſiſſe, duplicemque ſcopum propoſuiſſe: alterum illorum *Verba et Vocabula* explicare; alterum, ipſis illarum locis indicatis, *Dictiones et Proverbia* illuſtrare. De utroque vero quaedam diſſerere iubet inſtituti ratio.

In Verbis igitur et Vocibus explicandis fidum ducem Golium ſecuti ſumus; ita tamen ut deſereremus, ſi vel ipſi, quos illuſtramus, auctores praeferrent facem; vel Scholiaſtarum gloſſae, id quod laeti ſaepiſſime experti fuimus, quandoque etiam indicavimus, aberrantibus veriorem monſtrarent viam; vel excerpta ex Gieuhario et Firuzabadio ab aliis iam prolata; vel denique Giggeji aut Caſtelli Lexica lumen accenderent. Hinc ſaepius neceſſe fuit illum emendare, augere et refundere; turbatum plurium notionum ordinem componere; varia derivata, formas nominum, ſpecies verborum, ipſas nonnunquam, quas dicimus, radices, et nomina propria locorum hominumve ex noſtris auctoribus addere. Cuius rei exempla hic cumulare et taedioſum foret et parum utile; niſi id unum evinceret, ad totum alicuius verbi ambitum cognoſcendum et illuſtrandum nihil magis iuvare quam, quae in particulari etiam Lexico negligenda non eſt, ſedulam variarum apud varios ſcriptores occurrentium notionum collationem. Plura forte, certe magis accurata,

potuiſſemus dare, ſi ubique ipſum Gieuharii fontem licuiſſet adire; quod nunc tantum licuit in ea parte, quae verba ultimo Hamza terminata complectitur, et, antequam typis evulgaretur, Cl. Scheidii humanitate utenda nobis eſt conceſſa. Ex hac igitur particula, uno exemplo فتا, conſtare poteſt, quantum ex toto opere, quod expetit, optat, flagitat eruditus orbis, emendari et augeri queat Golius. Contulimus etiam aliquid, etſi non adeo multa, ne libri moles nimium cresceret, ex ſcriptis ipſius Golii in margine Giggeji annotationibus, quae inopinato ac laeto caſu in bibliothecam noſtram pervenerunt; et quae cum ex magno Arabicorum auctorum numero et ore praeceptoris Africani hauſtae ſint, non dubium eſt quin ad novam, ſi quidem haec ſperari poſſit, Lexici Goliani editionem, multum decoris et ornamenti allaturae ſint. Porro haud levem operam cenſuimus collocandam eſſe in enotandis ac bene ordinandis variis uſibus vocum frequentiſſime obviarum, in primis autem particularum, qua quidem parte Lexica adhuc laborare in confeſſo eſt. Ea enim eſt plurimorum hominum indoles, ut quae ob oculos poſita ſunt, licet per ſe quidem ſummo ſtudio digna, tamen vix cernant; ſed quae novitate et illuſtriore quadam pulcri ſpecie ſenſus mentemque afficiunt ea captent, quamvis propius examinata minus forte verae habeant elegantiae. Quanquam vero nobis non tantum ſumimus neque arrogamus, ut hic aliquid, quod ſufficere queat, praeſtitiſſe nos putemus; quin ipſi plurima ſupereſſe videmus, quae exhaurient poſtea quibus liberiora

pa-

patent ſpatia; Cl. maxime Schroederus, qui iuſta eruditionis copia et ſummo iudicii acumine, hac in re plus etiam decoris Orientalibus literis afferre poſſit, quam Graecis Latiniſque attulerunt, Devarii, Hoogeveeni, Turſellini. In tanta igitur rerum copia quum cavendum erat ne opus in nimiam molem excreſceret, hinc natum quoque eſt incommodum, quod nimis quidem ſero perſpeximus; attamen nunc non oportet diſſimulare. Scilicet derivata verborum haud ſatis incurrunt in oculos quaerentibus. Cui moleſtiae ſuccurri potuiſſet aliquo tantum inter quaevis derivata relicto a typotheta ſpatio, aut ſingulis in nova linea collocatis. Attamen breviore via aliquam huic malo medelam attulimus, inter plures voces Arabicas, illas tantum punctis vocalibus inſigniendo, quae ad Verbum, tanquam derivata, pertinentes explicandae erant.

De ipſis, quos explicamus aut illuſtramus, auctoribus dicere non attinet: dixerunt abunde, poſt Herbelotum, qui illos publicae dederunt luci. Illud unum, ne quem turbent, quas commoditas poſtulavit, diſtinctionis aut ſignorum notae, monendum eſt, nos prima tantum nominis litera quemque ex illis deſignaſſe, et in Corano Hinckelmanniana, in Haririo Schultenſii, Arabſchahi hiſtoria Timuri, quam litera T. ſignat, Mangeriana editione uſos eſſe; ita quidem, ut primi capita et verſus, alterius conſeſſus et paginas, tertii denique volumina, paginas, et lineas notaremus. Sat multos qui in Corani, innumeros qui in vitae Timuri editione, vel typothetarum, vel Editorum occurrunt errores, quorum plures ſunt qui cum habeant aliquam ſpeciem

pro-

probabilitatis, imperitiores in fraudem inducant: hos igitur quantum illud licuit emendavimus: et Corani quidem vitia partim Marraccii, partim Codicis ope, quem accuratiſſime ſcriptum poſſidemus; Timuri autem, tum ex inſpecto in locis dubiis Warneri codice Lugdunenſi, et collationibus, quas alii inſtituerunt et Mangerus ad ſuam editionem adhibuit, tum ex emendationibus, quas ſcripta Cl. Schroederi et Scheidii ſubminiſtrabant exempla; ad Haririum vero uſi ſumus variis illis lectionibus, quas Cl. Scheidius ſuae Ibn Doreidi editioni ſubiunxit.

Quae vero cauſae nos impulerint potiſſimum ad hos auctores, prae aliis, deligendos, unusquisque facile perſpexerit: ſic enim Theologus, Rhetor, Hiſtoricus, ſuo quisque dicendi genere conſpicitur: ſic Elati, Venuſti, Tenuis, triplicis illius Aſiaticae dictionis, proferuntur exempla. Sed fuerunt etiam cauſae graviores. Scilicet in confeſſo eſt Corani lectionem in primis neceſſariam eſſe ad intelligentiam librorum Arabicorum quorumcunque: hunc enim tanquam elegantis locutionis normam ſibi proponunt quivis ſcriptores Arabum; hunc imitantur; ad hunc alludunt; ſententias ex hoc depromtas ſermonibus ſuis intexunt paſſim. Nec mirum. Mohammed enim, recte obſervante Joneſio, ſagax ille morum obſervator, et legiſlator ſubtilis, dicendi genus ſumſit argutum, venuſtum, floridum, concinnum, numeroſum, incitatum, ſplendidiſſimis colluſtratum verborum luminibus; et cum ad perſuadendos animos, tum ad commovendos affectus accommodatiſſimum. Haririo autem prae

cun-

cunctis Arabiae rhetoribus facile declamationes ipſius palmam meruerunt: nihil eius ſermone iucundius: incredibilis in illo eſt rerum varietas et copia, mirificum eloquentiae flumen; adeo ut elegantias ejus imitati ſint plurimi, aſſecutus nemo. Arabſchahum quod attinet, non ſum nescius plures eſſe, quibus illius, quas vocant, venuſtates vehementer ſordeant; amant illi, et recte quidem, ſtilum hiſtoricum ſimplicem, gravem, nervoſum, qui varietate parce tantum delectet animum. Ab hac parte igitur, ſi cum Graecis ac Romanis in certamen adducendus ſit, cedat fascesque illis ſubmittat neceſſe eſt. Sed vero tale certamen inique comparatum eſt: ſi quidem minus oportet Aſiatici ſcriptoris dictionem ad illorum quam ad ſuae gentis normam exigere. Haec ſi non fluens ac ſolutum, ſed modulatum et numeroſum amet orationis genus; ſi non ſimplicem ſed magnificam, figuris ornatam, et quae parum a verſu abeſt, Democriteam fere et cumulatam locutionem conſectetur; iuſtum erit, de Timuri hiſtoria, eiusdem Joneſii, peritiſſimi harum elegantiarum arbitri, iudicium: ita pulcris abundat imaginibus, ita iucundis narrationibus, et deſcriptionibus naturae, morum, affectuum; ita magnificis illuminatur figuris; tam dulci numerorum varietate, tanta elegantiarum copia conſpergitur, ut nihil cogitari poſſit accommodatius ad lectorem vel delectandum, vel docendum, vel etiam permovendum: ita quidem ut, ſi illa nonnullis in locis ſit obſcurior, ea, quantacunque eſt, difficultas venuſtate et eloquentiae amplitudine abunde compenſetur.

** Ex

Ex talibus igitur quis nuda tantum vocabula excerpere? quis ſterili notionum enotatione ſemet delectare? quis taedioſo vocum indice bonas horas perdere, unquam in animum induxerit? Ac, fateor, ſi hoc agendum fuiſſet, tum ſane multae, quae in Lexicis conficiendis difficultates exſorbendae ſunt, dudum nos ab ipſo hoc opere inchoando deterruiſſent, a conficiendo certe avocaſſent. Itaque et delectatio ac metus faſtidii ſuadebat, et ipſa rei neceſſitas poſcebat peculiarem curam Dictionum ac Phraſium, Adagiorum ac Proverbialium locutionum, quibus auctores noſtri abundant. Harum quippe ignoratio quantum noceat bonae interpretationi librorum ſacrorum, exemplo ſuo monſtrant plurimi interpretes, qui Orientalium ſcripta non tam ex ipſorum quam ex ſuo ingenio illuſtrant, quin potius obſcurant. Huic igitur malo ſuccurrere, quantum in nobis erat, voluimus, exhibitis imaginibus poëticis ex natura quidem, at non noſtra ſed Aſiatica, depromtis, aut ex vita communi, religione, hiſtoria et fabulis, Orientalium unice, deſumtis: figuris dictionum, quibus, ſive iucunda utantur translatione, ſeu permutatione illam continuent, ſive immenſa luxurient comparationum copia, ſeu annominationibus lepidis, iterationibus concinnis, audaciſſimis denique perſonarum inductionibus illuſtrent orationem, tantum ſemper a noſtris differunt Arabes quantum coelo et moribus: deſcriptionibus tandem venuſtiſſimis, in quibus variandis et ornandis cedunt nemini. Utinam vero in Adagiis ac Proverbiis plura praeſto eſſent ſubſidia: nam quae adhuc lucem viderunt le-

levia ſunt, ſi ſelecta Meidanii excipias, aut in variis libris paſſim diſperſa. Laetam igitur illam vehementer expectamus diem, qua tamdiu exoptatum Meidanii Proverbiorum opus, cuius ſpem facit Belgium, tandem in lucem emittatur: quo inſtituto creſcat cognitio veteris hiſtoriae Arabum; augeatur ſcientia rerum naturalium Orientis; illuſtretur contemplatio morum rituumque veterum, quos, nullo ſeculo immutatos, Arabes cum Hebraeis habuerunt communes; ut ex hac etiam parte ſacer Codex uberiorem accipiat lucem.

Iam quod in pertractatione huius operis plerorumque Verborum primam notionem, quantum quidem indagari poterat, enotaverim, ea de re aliquid mihi dicendum eſſe ſentio; ſi quidem vix dubito, quin in plurium Philologorum reprehenſionem hac de cauſa incurram. Itaque non tironibus tantum, quorum commodis in primis conſulendum erat, ſed ipſis his cenſoribus, viris peritis et exercitatis, ut ſatisfiat, lubet de huius mei conſilii ratione breviter exponere. Scilicet diu dubitavimus utrum Primae illae Notiones, ſive Origines, ut vulgo vocantur, Verbis addendae eſſent an ſecus. Crevit illa dubitatio, prout paullatim, inter elaborandum, incertior nobis videbatur earum veritas et uſus. Attamen, ſi mutanda fuiſſet operis incepti, et iam partem aliquam impreſſi, ratio, alterutra tantum videbatur patere via; vel ut nullas, vel ut certas tantum et indubitatas exhiberemus. Omnino nullas dare vix licebat, quum certiſſimum ſit eſſe quaſdam, omni dubio maiores: certas tantum ſeligendo nimium nos nobis attributuros eſſe putabamus;

mus; quippe plures, quae pro dubiis habeantur, forſan tamen, ipſis Arabum teſtimoniis, tanquam certiſſimas poſſe conſtitui; nec patiebatur brevitas in Lexico ſpectanda longam talium rerum disquiſitionem inſtituere. Notavimus igitur omnes, ſive veras ſeu veri tantum ſpecie praeditas, quae vel ab aliis, ut Schroederis, Schultenſiis, Venema, Hackmanno, Lettio, Scheidio, vel a nobis detectae eſſent, quas quidem peritorum examini ſubiicimus, praeſertim quoad coniecturales ſint, neque ſuffultae idonea auctoritate ſcriptorum Arabum. His enim pertinacius inhaerere verecundia vetat, et ſobrius, qualis Philologum decet, ſtudii Etymologici uſus. Quaecunque enim eſt Originum vel neceſſitas vel utilitas; ea potiſſimum inſervit detegendo variorum ſignificatuum, ſaepe oppoſitorum, nexui, non ſolum in Arabum lingua ſed et dialectis eius ſororiis; aut rationi perſpiciendae, qua aliae notiones deinceps ex aliis profluxerint, ut teneatur cuiusvis dialecti natura, et veluti hiſtoria contexatur ingenii Arabum, Hebraeorum et Syrorum; denique cognoscendis crebris Orientalium ad has Origines alluſionibus, et, quae illis pulcrae habentur, ſummo ſtudio captatis annominationibus aliisque verborum luſibus.

Enim vero, ut ſtudii Etymologici utilitatem haud difficulter agnosco, ita ad evitandos graves abuſus, ſive in iis eruendis ſeu applicandis, multiplici cautione opus eſſe minime diffitear. Ac primo quidem cavendum eſt, ne una alterave gloſſa, in Lexicis obvia, ſed particularis tantum nec per totum thema regnantem notionem in-

indicans, in fraudem inducat. Quamvis enim aptam ſaepe videantur praebere originem, qualis eſt e. g. in تفشّل *Fluendi;* nil tamen niſi fucum faciunt, cum penitius inſpectae ad unicum forte poetae cuiusdam locum reſpiciant, nonnunquam et translatione aliave dictionis figura ſignificatum illum acceperint; nihil ergo, e quo de Origine iudicari poſſit, ſuppeditent. Scopulus vero hic tanto magis fugiendus eſt, quanto facilius incautus quisque in illum incidat. Deinde etiam oportet cavere, ne quae, etiamſi ex bonis fontibus hauſtae ſint, Origines mox venditentur pro certis et indubitatis, cum ne decima dicam, an centeſima, pars hanc laudem mereatur; eas ſi exceperis, quas aut in ipſis ſcriptorum Arabicorum locis obſervemus, aut a peritis Lexicographis vel Gloſſatoribus Arabicis indicatas, aut in ceteris dialectis quotidiano, crebro ſaltem, uſu tritas videamus: ceterae, licet forte verae et longo poſt tempore ex aliis ſcriptoribus demonſtrandae, non niſi pro coniecturis accipiendae ſunt neque temere obtrudendae: coniecturas autem in arte ſua admittit Criticus; quidni et in Etymologicis? Praeterea propriae illae notiones minime ſunt affectato ſtudio in verſionem inferendae, ac ſi crederes aut aliis perſuadere velles, eas inprimis a ſcriptoribus quaeſitas eſſe ad ornamentum dictionis tanquam gemmas et lumina. Id non fit in aliis linguis, neque profecto factum eſt in linguis Orientalibus. Itaque ab hac parte non quidem prorſus iniqua eſt plurimorum in magnum Schultenſium animadverſio, nimis tamen exaggerata, praeſertim cum non adeo multis datum ſit de vi,

venuſtate, aut aptitudine talium notionum aeque ac illa iudicare. Sed quod vitium in Schultenſio inſtauratore harum literarum ferimus aut excuſamus, id minus ferretur in aliis, qui, minore forte peritia, iisdem veſtigiis inſiſterent. Porro evitandus eſt ille abuſus ſtudii Etymologici, quo ex primis notionibus mox iudicium feratur de ipſa rerum natura atque indole; aut locorum ſitus, gentium origo et antiquitas, et quae plura ſunt his ſimilia, conſtituantur tanquam certa, vel maxime probabilia. Id genus quam fallax ſit et lubricum, cum alii, tum inprimis Bochartus, Vir incomparabilis certe et ingenii et doctrinae, exemplo ſuo oſtenderunt. Denique magna prudentia utendum eſt: in quem tamen ſcopulum praeter Lettium, alii ſubinde fuerunt qui impingerent: ut ne detectae Origines immediate applicentur ad ſingulas, quae in quadam radice occurrant, notiones; ſi quidem ſingula derivata ſenſim paullatimque novis, ex prima notione ductis, metaphoricis aliisque ſignificationibus aucta ſint, quae iterum aliis ortum dederint, tandemque ſua vice ipſius Verbi ſignificatum plane immutaverint ac deflexerint. Unum e millenis exemplum ſufficiat. Propria thematis فاز notio, quam ſuo loco exhibuimus, ſi applicetur ad ipſam, quae in Verbo eſt, notionem *Obtinendi*, facillimus nec coactus erit tranſitus; ſin vero itidem ad *Deſerti*, quem derivata habent, ſignificatum, tum vero multiplici contorſione opus erit, quae Philologum noſtrum haud minori riſui exponat, quam ipſos Etymologos Arabes, ſtrenuos illos in applicandis Originibus nugatores, a Golio ad hoc Verbum, et a

Schul-

Schultenſio ad Har. 2: 67. adductos. Contra feliciſſime perſpicietur et linguae indoles et facilis idearum nexus, ſi propria illa notio ad maxime obviam ſecundariam unice transferatur, in ceteris hoc fere ordine ſervato: a *Reportando victoriam* ſenſim profluxit notio *Evaſionis*, talis praeſertim qua quis ſalvus ſit et incolumis: hinc ſubnata iterum cum *Felicitatis* tum *Effugii* idea; a qua tandem nomen habet *Locus*, *in quem quis evadit*, mox *Deſertum*.

Et haec quidem exiſtimabam breviter dicenda eſſe, ut, cum in primis Verborum ſignificationibus enotandis operam collocaveram, pateret etiam, quibus limitibus illud ſtudium a me circumſcriptum ſit. Dignum autem eſt argumentum, quod, praeſertim hac noſtra aetate, a perito quodam Viro uberius pertractetur. Vereor enim ne nimia, quantumvis iuſta, abuſuum reprehenſio paullatim tollat uſum rei per ſe bonae et ad illuſtrandum hoc genus literarum inprimis proficuae.

Quidquid autem in his aliisve huius operis partibus boni praeſtitum eſt, illud maxime acceptum referre iubet grata beneficiorum memoria Duumviris eximiis Schroedero et E. Scheidio, alteri Groninganae, alteri Harderovicenae Academiae lumini; illi, Viro qui vaſtiſſimae Orientalium literaturae receſſus tenet omnes, huic, digno tanto magiſtro diſcipulo, noſtro, priusquam Lugdunum peteremus, praeceptori optime de nobis merito. Hic enim, ut iam dixi, graviſſimus ad inchoandum opus auctor, fere etiam uti ſocius folia, antequam prelo mandarentur, non recenſuit tantum, ſed

et obſervationibus auxit, quarum nonnullae per aſteriscorum ſigna in prima et altera Alphabeti Arabici litera diſtinctae ſunt, aliae noſtris inſertae; Benevolus idem in perficiendo opere manſiſſet adiutor, niſi auctae publicis et privatis laboribus eius curae effeciſſent, ut, in medio fere opere noſtro, aequitas nos iuberet publico commodo cedere, et tanto adiumento renuntiare. Ab eo tempore Schroederum per literas adire, de dubiis conſulere, de incognitis rogare, talemque ſemper invenire licuit, in quo incertus haereas utrum ſtupenda eruditio, an promta ad aliorum conatus adiuvandos voluntas, an ſumma modeſtia, rara Philologorum dos, maiori in laude ponenda ſit. Utrique igitur Viro ingratos nos praeſtaremus, ſi ut amicis, ſuperbos, ſi ut adiutoribus, neſarios, ſi ut patronis, debitas denegaremus gratias.

Haec habuimus, B. L. in praefatione operis dicenda; in quo ſi videas ſatis emendate omnia expreſſa eſſe: nam, quae ſubinde deprehendi, operarum vitia, pauca ſunt et plerumque levia: id igitur Schultenſio meo debeo, qui, ut inſtitutum noſtrum conſilio et re ſtudioſe adiuvit, ita curavit, ut ſpecimina typographica pro nobis diligenter examinarentur. Quod ſi hoc meo opere aliquid contuliſſe cenſear ad incrementa literarum Arabicarum, per quas maior etiamnum lux accedat ad intelligentiam Codicis Sacri, quem ante omnia veneramur, tum vero ſummam aſſequar votorum meorum, et optimum gratiſſimumque moleſti laboris reportabo praemium.

LEXI-

IOANNIS WILLMET

LEXICON

LINGVAE ARABICAE.

أ Particula inſeparabilis: 1, *Interrogatiua*, *Hebr.* ה, An? Num? *C.* 2: 11. *ſic et in comp.* أئن An certe? *C.* 6: 19. *et* أئنك An certe tu? *C.* 12: 90. * *Atque ita in interrogatione affirmatiua*, Itane? *C.* 3: 102. اكفرتم بعد ايمانكم *Itane increduli fuiſtis?* etc. *ſequente in altero membro* ف, *vt Hebr.* ו, *ſimili in caſu.* 1 *Reg.* 21: 19. * 2, *Diſiunctiua*, ſiue, num: *ſcilicet cum ſequitur alterum membrum, cui loco* τοῦ ا *praefigitur* ام: *vti C.* 2: 5. أأنذرتهم أم لم تنذرهم ſiue commoneas eos, ſiue non. *Ita et in gemina interrogatione ſeu diſtinctione interrogatiua fit:* *vt* أتخذتم — أم تقولون num accepiſtis, — an vero dicetis? *C.* 2: 74. *T.* 188: 8. * *Poteſt in priore membro quoque dici* هل. *Vide H.* 2: 88. * 3, *vti Hebr.* א, *vocibus praefixa, efficit formam, quam Grammatici dicunt, intenſiuam, vt* أطهر admodum purus. *C.* 2: 232. *et paſſim.*

أبّ *Fut. O. et* I. *Ch.* אבב, *pp. Micuit, emicuit.* أبّ *H. et Ch.* אֵב *emicatio, micans viror;* gramen *ſeu* pabulum quodcumque virens. *Muzi. Gi. imo* quidquid viroris terra producit. *Ca. Opponitur* τῷ فاكهة fructus. *Illud quippe pecori idem, quod*

hic eſt homini. C. 80: 31. *Ibn Maruph interpretatur* Paſcuum, pratum.

أَبَدَ *Fut.* I. *H.* אבד *pp. Secuit, reſecuit, abſcidit; et intranſ. abſciſſus fuit. Hinc, de grege abſciſſus periit, aufugit. item e contrario* perennauit; *Gi. notione adſcita ab* أَبَد *ſeculum, q. d. durauit in ſecula.* II. Perennem fecit, aeternitate donauit. *Gi.* أَبَد aeuum, ſempiternitas; *Gi.* Tempus fine carens; *vti* أَزَل, quod caret principio. *Ca. quaſi dixeris, tempus periens, continuo elabens. Inde in acc. aduerb.* أَبَدًا *in ſeculum, ſemper* C. 59: 11. *dein etiam* Vnquam *T.* II. 834: 7. أَبَد, *pro* الأَبَد, ſempiternus, aeternus. *Ca. T.* 8: 13. آبِدٌ *Ag. ſiue forma particip. Vnde eximie foem.* آبِدَة Animal fugax, *ſeu* pauidum, immanſuetum, indomitumve. Fera. *Gi. Ca. Coll.* أَوَابِد *T.* II. 846: 1. *Figurate* اوابد القصايد Fugacia, *ſiue potius*, ſoliuaga, carminum; *h. e.* rara, noua, nulli tacta. *Vid. Schult. ad H.* 6: 194. مُؤَبَّد *part. paſſ. in* II. *T.* 502: 15.

أَبْرِيز, *Et cum* إ, *Ch.* אַבְרִיזִין, Ὄβρυζον, obryzum, aurum puriſſimum, *ita vt igne non minuatur: Hieronymo quaſi ophirizium, ab inſula ophir, dictum. T.* 284: 5. * *Vox origine Graeca, ciuitate Arabica donata. vide Salmaſ. Exerc. Plin. p.* 1080. *

ابْرَهِيم *H.* אברהם, *Nom. proprium* Abrahami. *C.* 2: 118. *item nomen capitis Coranici.* XIV.

أَبَطَ *Verbum in Kal inuſitatum, i. q.* هَبَطَ *pp. Sidit, deſidit, hinc delapſus fuit.* II. i. q. هَبَّطَ Demiſit, deiecit *eum Deus. Mu. Gi. Hinc* إِبْط *Generis communis*, Axilla. *Gi. quaſi pars inferior humeri. T.* II. 890: 9. *Inde porro* V. تَأَبَّطَ ſub axillis poſuit, vel geſtauit. *cca. H.* 1: 30. تَأَبَّطَ شَرًّا *Aptoton, verbi forma*, Malum portat ſub axillis. *T.* II. 744: 6. *Eo velut cognomine appellatus fuit Tabit, fil. Zabir Fahmaeus; quod perpetuo ſub axillis ferret arcum, pharetram, et enſem, magni inſtrumenta mali. Vid. et Schult. ad Exc. Ham. p.* 360.

أَبَقَ *Fut.* A. *et* I. *H.* אבק *pp. Torſit, ſpec. intorſit ſemet, inflexitque. Mox cum flexu corporis declinauit, porro* Aufugit. *Mu. Gi. T.* II. 176: 9. Subduxit ſe et abdidit. *Ca. C.* 37: 140. آبِقٌ *Ag.* Fu-

Fugitiuus, fugax. *pec.* Mercurius *i. e.* argentum viuum. *Zei. Ob mobilem volatilemque ſubſtantiam. Har.* 3: 172. *n.*

أَبَلَ *Fut.* I. *H.* אבל, *pp. Marcuit, emarcuit ſucco et vigore omni exhauſto.* إِبْلٌ *Foem. gen. Collect. ſine* ة *vnitatis*, Cameli, *ſeu ipſum* Camelorum genus; *a marcore dorſi ita dictum. C.* 6: 145. *T.* 476: 17. *vnde figur.* ضرب اكباد الابل *percuſſit iecora camelorum, i. e. continuum iter fecit. T.* II. 806: 4. *v. n.* إِبِّيلٌ Agmen camelorum *nec non auium et equorum.* Series eorum inuicem ſequentium. *Ca. Coll.* أَبَابِيلُ *C.* 105: 3. *pro* أَبَلِّيبِلُ, *forma ducta ex ſpecie XII. verbi* ابل. *Vid. Boch. Hier.* I, 654. *In Accuſ. ſeu Aduerbialiter.* Catenatim, gregatim. *Gi. T.* 478: 7. إِبَالَةٌ Faſcis lignorum. *Gi. et quidem* magnus. *Ca. Vnde adagium* ضغث على ابالة Faſcis graminis ſuper faſce lignorum: *i. e.* moleſtia addita moleſtiae, malum malo. *Adag. Gol.* p. 136.

أَبَنَ *Fut.* O. *et* I. *pp. Pegit, compegit; et intranſ. Compactus fuit.* Concreuit, *quaſi vt* أُبْنَةٌ *h. e.* nodus in ligno. *In Paſſiuo* Traductus fuit *tanquam Cinaedus*, turpius quid de eo dictum fuit. مَأْبُونٌ Muliebribus patiendis obnoxius et addictus. Cinaedus. *Mer. T.* 116: 3. *ſed ibi leg.* مامون *v. n. Hinc in genere* Improbus. *Mar. T.* II. 148: 1.

أَبَهَ * *Origine vicin. videtur ſeq.* ابا *pp. Flexit, hinc deflexit, renuit, pec. ob nobiliorem indolem; vnde verbum ad magnificentiam transfertur.* * II. Magnificauit: honore ac veneratione coluit. *c c a. Za.* أُبَّهَةٌ (*et* أُبَهَةٌ *Merc.*) Magnificentia, ſplendor, gloria, potentia. *Gi. Ca. T.* 74: 13.

أَبَا pro أَبَوَ *H.* אבה *pp.* κύπτειν, *Clinauit, flexit; intranſ. inclinatus fuit, propendit animo in aliquem vel aliquid.* أَبٌ *H.* אָב, pro أَبَوٌ, Pater. C. 9: 115. *Coll.* آبَاءٌ *pro* أَبْوَاءٌ *C.* 2: 127. وابيك وابي *Per patrem tuum et patrem meum. Form. iurandi. T.* 544: 3. *Poſt ſe habens genitiuum adiuncti aſſumit in fine literam vel* و *vel* ي, *vel* ا, *pro caſus ſui terminatione. Atque etiam aliud poſt ſe nomen regens, ſiue proprium, ſiue appellatiuum, Metonymiae genus conſtituit: quod Arabes* الكنية *vocant, et frequentius vſurpare ſolent, ad deſignanda nomina alia, tum propria, tum appellati-*

ua. Sic propria أبو يحيى Pater Iahiae, *ita dicitur Angelus Azraël: quem animas corpore ſolvere tradidere Perſarum Magi, et* Mordad *vocarunt, quaſi* mortis datorem. *Gi. et appellatiua* أبو العجب *Pater miraculi. H.* 5: 118. *id eſt* fatum. أبت pro أبي, *Je mutato in Te.,* * *ſiue potius pro* أبوتي, *ab* أبة *H.* אֲבָה *obſol.* pro أبوة אֲבוּה *inclinatio,* ſiue *neceſſitudo, paterna, et per meton. pater,** Pater mi. *C.* 12: 101. أبان, *pro* أبوان, *Dual. a ſing.* أب, Parentes, pater et mater. *Gi. Antiqua forma* ابوان etc. *C.* 4: 12. 12: 6.

أبي *pp. Flexit. hinc deflexit, reclinauit,* etc. *conf.* ابه Recuſauit, noluit, detrectauit. *pec. præ faſtu et ſuperbia. (Vid. Schult. ad Exc. Ham.* p. 423.) *C.* 2: 32. *T.* II. 154: 3. *c c.* ان *verbi, C.* 2: 282. *et* Auerſatus fuit, faſtidiuit, abhorruit. *c c a. Gi. H.* 2: 90. *n.* 4: 40. *n. T.* 444: 6. V. *i. q.* I. *T.* 148: 9. أبي Nolens, renuens, faſtidiens. Refractarius, auerſus. *Gi. dein* Difficilis, inacceſſus. *T.* 54: 3. Magnanimus, faſtiditor, *in indolis generoſioris laude. T.* 526. 3. إباء *Act. praeced.* أبي *ſign.* 1. Inobedientia, pertinacia. *Gi.* Nobilis contumacia. *H.* 6: 272. *T.* II. 824: 14. أبهة Superbia. Magnitudo, magnificentia. *Ca. qua quis faſtidit alios, et prae ſe contemnit. T.* 174: 8. تأبي *Act. in V. T.* 74: 3. Superbia, faſtus nobilis. *T.* 152: 5.

أتابك *Exponitur Perſice* خطاب پادشاه, Cognomentum *ſeu* titulus regius. *Mar. quo inſigniri ſolet vel Rex ipſe, vel Adminiſtrator regni, nempe qui regis vices explet in imperio gubernando. Is alias, et hoc tempore in Oſmannico regno* وزير عظيم magnus Veſirus *dicitur. T.* II. 44: 3. *v. n.*

أتا *pro* أتو *et* أتي *H.* אתה, *pp. Tetendit, mox tendendo* venit, aduenit. *C.* 74: 48. Peruenit. *c c a p. Gi. C.* 2: 36. *Porro* Adduxit, attulit. *q. d. venit cum re (Conf.* ذهب ب *etc.) c c.* ب *r. Gi. C.* 2: 36. *T.* 316: 8. *Hinc eadem in conſtr.* Superuenit, inuaſit inopinato *aliquem c c a. C.* 11: 41. *T.* 268: 5. *et c.* على *C.* 76: 1. *Hinc porro* Aboleuit, perdidit. *c c.* على *T.* 78: 13. *v. n.* Dedit: donauit. *Ca. id eſt tenſa manu obtulit: H.* 4: 22. *n.* Coiuit, congreſſus fuit *cum*

cum coniuge. c c a. Za. Mar. quod honeſto vocabulo dicitur: quaſi acceſſit *eam. C.* 2: 222. *De flagitio Sodomitico etiam adhibetur. C.* 27: 56. 29: 28. Fecit *rem*, effectam dedit *Ca. C.* 65: 1. *Et c c a r.* Commiſit *ſcelus. C.* 4: 19. Fuit, exſtitit, euaſit. *Ca. Gall. Deuenir. C.* 12: 94. III. Fauit, Opem tulit, ſuppetias venit. *Za. Mar. Vnde part. act. H.* 4: 22. *n.* IV. *quae et* هاتي, *ad normam Linguae veteris*, Attulit, adduxit. *c c g a. vel c c a r. et* الى *p. Ca. C.* 2: 105. *et i. q.* اعطى Dedit, largitus fuit. *c c g a. Gi. C.* 57: 21. أُوتِيَ *Paſſ.* Donatus et inſtructus fuit: accepit. *c c a. C.* 16: 29. V. Paratus et diſpoſitus fuit. facile et expeditum fuit *negotium. Gi. Ca. T.* II. 20: 8. آتي *pro* آتى *Ag.* Veniens. Venturus, futurus. *Gi. C.* 15: 85. إيتاءة *i. q.* إعطاءة Datio. Donatio. *Gi. quae extenſa manu fit. C.* 16: 92. مأتي *Paſſiu. pro Act.* Veniens, futurus. وعده مأتيا Promiſſum eius, *Dei*, futurum *ſeu* venturum eſt. *Quidam tamen interpretum et Paſſiue exponunt*, adducendum *vel* perficiendum. *C.* 19: 62.

أث *Fut.* I. *pp. Tumuit, intumuit. Hinc* Multa fuit; multa et laeta prouenit, creuitque *herba*: luxuriauit, *et quod luxurianti facile contingit*, denſa et in ſe conuoluta ac complicata fuit, *herba, coma* etc. *Gi. Ca.* أثاث *Coll. i. q.* متاع البيت Supellex domeſtica, inſtrumenta et vtenſilia domus. *et tunc non reſpondet illi nomen Vnitatis. Gi. C.* 16: 82. *Videtur dici a copia et multitudine quaſi tumente, turgente. Hinc porro* Facultates et opes quaecunque: vti ſunt pecuniae, greges, mancipia, ſupellex. *Abu Zeid. Ca. C.* 19: 75. *Mobiles duntaxat opes notari puto; vti et in illo T.* II. 136: 13.

أثر *Fut. O. H.* אשר, *Or. in tenſione recta, identidem reciprocata, qualis eſt ſerrae, fulminis* etc. *Vnde pec. ſecuit, incidit, notam impreſſit, veſtigium ſui reliquit. hinc, notione petita ab* أثر *ſeq.* 1, Memorauit, praedicauit *vt inſigne* et *memoria dignum.* Allegauit, retulit dictum aliquod aut factum *Mar. Gi. in primis* alius poſt alium continuata traditione: *c c a.* Aliquid aliunde acceptum tradidit, *aliorum quaſi veſtigia inſiſtens. Paſſ. C.* 74: 24. 2, Excitauit, concitauit. *Gloſ. Mar. C.* 100: 4. *Sed vide in* ثار. 3, Elegit, ſelegit, praehabuit *aliquem alte-*

alteri. Ca. quaſi eminentiae nota illum inſigniuit, vt ab altero diſtinguatur C. 12: 91. 4, *hinc* praecelluit. *c c.* على *Ca. q. d. inſignis fuit. H.* 2: 98. II. Veſtigium rei impreſſit, et in ea reliquit. *c c.* في *p. Gi. T.* II. 358: 11. III. Elegit, praehabuit, maluit. *c c a p. Za. T.* II. 82: 13. IV. *i. q.* III. *c c a p. et* ب *r.* على *alter. C.* 20: 75. *H.* 1: 22. إِثْرٌ *pp. inciſio, dein* ſignum, nota, veſtigium *pec. rei impreſſum. Sic* لا عين ولا اثر *nec vola nec veſtigium T.* 108: 7. أَثَرٌ *idem Gi. C.* 48: 29. *H.* 1: 32. *Vnde* على اثري ſuper veſtigium meum. *i. e.* poſt me. *Ca. Za. C.* 11: 86. *Dein metaph. ſignum, ſiue nota eminentiae* ac felicitatis, *vnde i. q.* خبر Quod memoratur et refertur. *Aſ. Meid. Memoratum vero ſeu dictum factumue in primis tale intelligitur, quod continua ſerie et velut per veſtigia ab aliis ad alios peruenit, cuius coll.* آثار Res inſignes, *T.* II. 68: 17. *et T.* 42: 3. *item* ſigna, veſtigia. *C.* 5: 50. Impreſſiones *pedis T.* 552: 17. أَثَارَةٌ Dicti alicuius et facti commemoratio *praeſertim* per manus tradita. *Ca. C.* 46: 3. أَثَرٌ *Form. intenſ. H.* 1: 24. تَأْثِيرٌ *Act. in* II. *T.* II. 108: 18. يُؤْثِرُ *Act. in* IV. *T.* II. 646: 5. مَأْثُورٌ Inſignitus, inſignis. Praenobilis. *H.* 3: 150. Memoratus, continuata teſtium ſerie ac per manus traditus *ſermo, hiſtoria. Gi. H.* 6: 194. *n.* مَأْثُرَةٌ Inſigne aliquod, laude et celebratione dignum. *Coll.* مَآثِرُ *Virtutes inſignitae et eminentes. T.* 114: 2. *v. n. et Schult. ad Exc. Ham. p.* 545.

أَثَفَ *Syr.* ܐܬܦ, *pp. Raſit, radendo triuit, et complanauit. Mox* aequauit *in genere.* أُثْفِيَّةٌ. إِثْفِيَّةٌ. Tripus. *ſeu in genere*, Chytropus, ollae ſuſtentaculum. *in primis* lapis ſaxumue ei rei inſeruiens. *etiam* ex luto vel ferro factum, cui imponitur olla, vt commodius ſubdi poſſit, et ſubtus conſeruari ignis. *Gi.* * *Ab* aequando et complanando *dictus videtur, collato* שפת *Hebr.* 2 Reg. 4: 38.* *Tres enim lapides fere aequales quoscunque ad eam rem componunt Arabes Scenitae. Etiam ad* ثفي *refertur. Gi. Coll.* أَثَافٍ *T.* II. 542: 12.

أَثَلَ *H.* אשל *pp. Nexuit firmius, atque adeo torſit, contorſit; intranſ. firmius depactus, conſtrictus, radi-*

dicalis, inconcuſſus fuit. unde إِتْلٌ, *ſiue* אֵשֶׁל אֶשֶׁל, *Coll. Stirps firmior et denſe fruticans pec.* Myricae ſeu Tamaricis ſpecies. *C*: 34: 15. *Exponitur* سوره چكز *Aſ.* et آق يلغون *Mirc. Quorum illud eſt Perſice* Salſuginoſa myrica, *quia ſalſuginoſis locis gaudet: hoc vero Turcice* Alba myrica. Myricae *ſeu* tamaricis ſpeciem *faciunt omnes. Vid. Schult. ad Exc. Ham. p.* 499. *et plura apud Gol. in Lexic. ad h. v.*

أَثِمَ *Fut.* O. *et* A. *H.* אשם, *pp. Tutudit, dein tundendo impegit, pec. pedes h. e. eos ita offendit vt lapſus ſequeretur. Hinc* caeſpitauit, tardus fuit, lapſusque *camelus. Gi.* II. Criminatus fuit, criminis reum habuit, dixitue et peregit. *c c a p. Gi. notione ducta ab* آثِم iniquus, peccator. إِثْم *Act. Caeſpitatio, offenſio, mox* Iniquitas, peccatum. *Gi. quo quis labitur in reatum, et poenam. C.* 3: 172. *H.* 2: 90. *n.* Nefas et illicitum omne. *hinc pecul.* Vinum. *Gi. et* alea. *Ca. Coll.* آثَام delicta. *T.* II. 410: 11. أَثِم *pro* آثِم, *Caeſpitans, pedem offendens, atque adeo peccans;* Iniquus: culpabilis, delicti reus. *Gi. Mar. C.* 5: 105. أَثَام *H.* אָשָׁם, Commiſſi criminis poena: mulcta, piaculum. *Gi. C.* 25: 69. أَثِيم Iniquus, peccator, criminis reus. *Gi. C.* 2: 277. *T.* II. 492: 1. *pec.* Mendax *Ca. C.* 45: 6. طعام اثيم *C.* 44: 44. تَأْثِيم *i. q.* إِثْم *Act.* τῆς *Conj.* II. *Ca. C.* 52: 22. مَأْثَم *Act.* τοῦ اثم Iniquitas etc. *Ca. T.* 246: 8. *et* مَأْثَمَة *idem T.* 246: 2.

أَجَّ *Fut.* O. *Ch.* אגג *et Syr.* ܐܓ *Verbum* Ὀνοματοπεποιημένον Arſit, flagrauit *ignis. Gi.* Salſa et ſubamara fuit *vel* euaſit *aqua. Ca. q. d. aduſta ſ. aeſtu corrupta.* V. *i. q.* I. *Gi. H.* 7: 38. *et* Accenſus fuit. *Mar. ſic* تاججت نيران غضبه *T.* 174: 6. أُجَاج Salſuginoſa *ſeu* Amara aqua. *Gi. C.* 25: 55. *T.* 644: 9. مَاجُوج, *pro* مَأْجُوج, *in quietem miſſa Eliph,* Magog filius Iaphet, eiusque progenies. *Ita autem Arabibus dicuntur extremi Orientis Scythae: et peculiariter illi qui Sinis ad Septentrionem ſunt. C.* 18: 93. *T.* 580: 8. يَاجُوج *iterum pro* يَأْجُوج aeſtuans, vagans. *Dein eximie* Gog. *Hoc autem nomine Arabibus notantur extremi Ori-*

Orientis Scythae: peculiariter qui Sinis ad Boream poſiti. et fere iunctis nominibus ſimul dicitur ياجوج وماجوج Gog et Magog. *C.* 18: 93. *T.* 580: 8.

أَجَرَ *Fut.* O. I, *H.* אגר *pp. Voluit, conuoluit; dein conglobauit, conglomerauit: et alio flexu, voluendo collegit comportauitque. Vnde, notione ducta ab* أَجْرٌ ſeq., Mercenarius factus et mercede vel pretio conductus fuit, meruit. *Ca. Mar. C.* 28: 27. *et* X. Mercede conduxit, *vti domum; vel* mercenarium cepit. *c c. a. per* ب *et* على *vel* ب *pretii. Merc. C.* 28: 26. أَجْرٌ *Ch.* אֲגַר *Globulus argenti, numulus, dein* Μισθὸς, merces, praemium. *C.* 36: 10. *Et* rei conductae pretium. *Gi. C.* 33: 49. *Coll.* أُجُورٌ Mercedes. *C.* 3: 50. *Item i. q.* مهر, Sponſalitia dona, quae ſponſae perſoluturum ſe promittit ſponſus. *Za. Ca. C.* 4: 29. 5: 7. أَجُرٌ *et* آجُرٌ. *et vtrumque etiam ſine Teſdid* a Perſ. اجر Later coctus. *Gi. Ca. ſeu potius Coll.* Lateres. *Aſ. quaſi conglobati. quamuis Perſicum proprie notat* tegulam imbricemue. *T.* 88: 2.

أَجَلَ *Ch.* אגל *pp. Voluit, dein conuoluit, prouoluit. Hinc* Mouit, promouitque ceu ad terminum *mali quid c c.* على *p. boni quid c c.* ل *p.* II. Diſtulit: ſpatium et tempus conceſſit ac praeſcripſit. *Gi. C.* 3: 145. Congregauit, collegit in vnum locum *vti aquam etc. Ca. quemadmodum vndae volui dicuntur.* C. 77: 12. أَجْلٌ *vicinae originis* τῷ *Hebr.* גלל Cauſa gratia: *vti* من اجل ذلك Huius rei gratia, hanc ob rem. *C.* 5: 35. *et* لاجل حرمته Dignitatis eius cauſa. *T.* 620: 9. أَجَلٌ *Prouolutio temporis, dein* Spatium temporis et duratio: tempus praefinitum. *Gi. C.* 65: 2. Terminus, meta. *C.* 2: 231. *Cum Art.* الأجل *peculiariter* Terminus vitae, *qui ex Arabum ſententia cuique fixus:* Fatalis meta. *et ipſa* Mors. *Hez. C.* 7: 32. *quae et* اجل مسمي *dicitur. C.* 6: 2. *et* اجل قريب *C.* 63: 10. مُؤَجَّلٌ *Part. in* II. Temporis et rerum terminum praeſcribens, liber. *C.* 3: 139.

أَجَمَ *Ch.* אגם, *pp. Aeſtuauit, ferbuit, efferbuit. Inde porro* alterata ac foetore corrupta fuit *aqua.* أَجَمَةٌ Arundinetum. *Gi. q. d. ſtagnum, vbi aqua poſt aeſtum ſidens foetorem contrahit.* dein Aſylum, refugii locus: *vti arundinetum eſt feris. et hinc* Munimentum, caſtellum. *Ca. Coll.* أُجُمٌ *T.* II. 712: 2.

أَحِدَ *Ch.* אחד, *Vnitus fuit. Origo forte eſt findere, diffindere.* أَحَدٌ *H.* אחד *pp. Diffiſſio, dein diffiſſus, ſeparatus, mox* Vnus, aliquis quisquam. *C.* 63: 10. Vllus, *C.* 3: 84. *praeſertim cum negatione. T.* II. 136: 15. *Vſurpatur et ſub hac terminatione velut foemininum. C.* 33: 32. *Cum Articulo* ال *abſolute poſitum tribuitur ſoli Deo,* Vnus et unicus ille, Deus. *Gi. Ca. Pro eo etiam uſurpatur ſine Articulo. C.* 112: 1. ما من احد Haud quisquam eſt. *C.* 9: 128. *Foem.* إِحْدَي Vna. *Gi. C.* 8: 7. *Coll.* آحَادٌ viri incomparabiles, Phoenices. *Ca. q. d. vnici in ſuo genere. ſic* احاد الناس Phoenices feculi *T.* II. 16: 11.

أَحِنَ, *Fut.* A. *Origo hactenus incognita.* **Eſt vicinum alteri* وحن, *quod eandem proprietatem habet ac* وحم, יחם, *Caluit, incaluit, efferbuit, pec. ira, et indignatione. Mox** Iratus fuit, ſuccenſuit *grauius;* odio habuit. *c c.* على *Mu.* إِحْنَةٌ Odium *ingens. Gi. Coll.* إِحَنٌ *T.* 418: 14.

أَخَذَ, *Fut.* O., *H.* אחז, *pp. Strinxit, vel ſtringendo preſſit; dein conſtrinxit, ſpec. manu iniecta apprehendit, retinuitque.* Cepit, *et quidem iuxta omnes eius ſignificationes: nempe* Accepit, ſumſit *c c a r. Gi. C.* 10: 25. *et c.* من *p. C.* 9: 50. Prehendit. *c.* ب. *C.* 7: 150. *Hebr.* אחז ב. *Hinc imperat. apocopat.* خُذْ חז *vet. pro* أُخُذْ, אֱחֹז, Accipe, tene. *H.* 3: 158. Corripuit, inuaſit *aliquem ſupplicium c a. C.* 2: 52. *Hinc abſol.* E medio ſuſtulit. *C.* 40: 5. *Succenſuit alicui ob id quod fecit. c a p. et* ب *r. C.* 18: 72. اخذ حذره Cepit metum eius rei, *i. e.* timuit ſibi et ab ea cauit. *Gi. C.* 4: 73. *T.* 592: 11. اخذ عليه الميثاق Iniuit foedus *vel* pactum cum eo; pactus et ſtipulatus fuit. C. 5: 15. *T.* 504: 6. اخذه بذنبه Corripuit eum ob delictum ipſius, de peccato eius poenam ſumſit. *Gi. C.* 7: 127. Coepit, incepit, inſtituit. *Gi. c.* في *actionis. T.* II. 392: 3. Inſtituit *ſyllogiſmum c.* ب *T.* II. 4: 11. *vel c. Fut. T.* 294: 8. Contendit, iuit, abiit. *Mar. c.* من *loci. T.* II. 394: 3. *Ita et* tetendit, duxit, *via ad aliquem locum. T.* 370: 4. اخذ الليل في السكون *Ingruit quies noctis. T.* 276: 13. اخذ عين الشمس الانبهار *Oculo Solis accidebat caligo. T.* II. 342: 3. III. Corripuit, culpabilem habuit *ob factum dictumue. c c a p. et* ب *r. Gi. C.* 5: 91. *T.* II: 940. 7, 8. VIII.

إِتَّخَذَ *pro* إِيتَخَذَ *dicitur; i. q.* اخذ, Cepit, ſumſit. *T.* 306: 5. *Sic* إِتَّخَذَ مُتَابًا Arripuit *conuerſionem.* *C.* 78: 39. *et* سَبِيلًا *viam, eodem ſenſu.* *C.* 73: 19. أَيْمَانًا Iusiurandum exegit. *C.* 16: 96. وَلَدًا Suſcepit *prolem.* *C.* 25: 2. Adoptauit *filium.* *C.* 28: 8. Adſciuit, cooptauit. *c c a.* *C.* 2: 110. *T.* 526: 15. *vxorem* *C.* 72: 3. *puella amaſium* *C.* 4: 29. *pecul.* Adſumſit alium *Deum.* *C.* 4: 152. Excepit *aliquem* amice. *In Paſſ.* Beneuole exceptus fuit, *inſtar amici intimi.* *H.* 4: 48. Fecit, confecit, *ſtruxit aedificium.* *C.* 18: 20. أَخْذٌ *Act. in* I. Sumtio, acceptio *pec. vſurae.* *C.* 4: 159. *et* punitio, poena. *Ca.* *C.* 11: 104. الاخذ *part.* الاخذ بناصيتها *Apprehendens antias eius.* *C.* 11: 59. إِتِّخَاذٌ *Act. in* VIII. *C.* 2: 51. مُتَّخِذٌ *part. in* VIII. *Adſciſcens pellicem.* *C.* 5: 7. *in Paſſ. adhibitus in aliqua re ad quid faciendum.* *c.* في *et* ل. *T.* 358: 7.

أَخَرَ *H.* אחר, *Origo forte eſt Verti, hinc vertendo retrorſum moueri et conuerti.* II. Diſtulit; *nempe* tardauit, procraſtinauit. *q. d.* *vertendo retrorſum mouit. opp.* τῷ قدم. *H.* 15: 39. *C.* 82: 5. *Detinuit aliquem. c a.* *T.* II. 432: 14. اخر الله في اجله Prorogauit illi Deus vitae ſpatium. *Gi.* *Ca.* *Etiam* patienter tolerauit diſtulitque. *c c.* الى *C.* 14: 11. V. تَأَخَّرَ Retro manſit: poſterior fuit. *Merc.* *Opp.* τῷ تقدم. *C.* 48: 2. *T.* 40: 13. Tardauit, cunctatus fuit. *Opp.* τῷ تعجل *C.* 2: 198. Retroiuit. Receſſit. *Gi.* *Mar.* *T.* 156: 13. X. *i. q.* V. *nempe*, Retro et poſterior fuit et manſit. *Gi.* *C.* 7: 32. أُخُرٌ *Opp.* τῷ قُدُمٌ, *H.* אָחוֹר, *Pars auerſa*, poſterior. *et* Poſtica pars. *Gi.* *T.* 624: 7. آخَرُ *formae* أَنْصَرُ, *vel etiam* أَخَرُ *H.* אַחֵר, Alter, alius. *C.* 15: 96. *item*, *vti et H.* אחר, *praeſtantior*, *melior.* *C.* 4: 132. آخِرٌ, *quaſi Ag. diuerſus*, poſterior, priori ſuccedens. Poſtremus, extremus. *Gi.* *C.* 10: 11. *T.* 78: 13. *Pecul. Dies mundi vltimus* *C.* 2: 7. أَخِرَةٌ *H. et Ch.* אחרית Poſterior. *et* Poſtremum, extremum, nouiſſimum. *C.* 2: 80. κατ' ἐξοχὴν الاخرة Poſterior et extrema ac ſuprema vita: tempus nouiſſimum. *Gi.* *Ca.* *C.* 12: 109. *opponiturque* τῷ الدنيا Mundus, vita praeſens. *C.* 23: 34.

الملة الاخرى *i. e. Chriſtianiſmus. C.* 38: 6. *Coll.* أَوَاخِر *T.* 620: 13. *vnde* اواخر واوايل *poſteriores ac priores, i. e. ad vnum omnes. T.* 394: 15. *Dicitur autem* اواخر, *in omni genere, ceu Subſt.* أُخْرَى Altera, alia. *Gi. C.* 2: 282. *Altera vice. C.* 39: 68. *ſic et Opp.* תּ׳ تارة *T.* 170: 11. Porro فِي أُخْرَيكُمْ *In extrema parte veſtri. C.* 3: 147. *Coll.* أُخَر *C.* 4: 103. *et* أُخْرَيَاتٌ Poſtremae et vltimae partes. *Gi. H.* 2: 74. مُوَخَّر *Rabb.* מְאוּחָר, *cum* ة, *Opp.* תּ׳ مُقَدَّمة, Poſterior et Poſtica pars *aciei. T.* II. 22: 3. مُتَأَخِّر *Opp.* תּ׳ متقدمة, *part. in* V. *T.* 432: 1. مُسْتَأْخِر *part. in* X. ſubſequens. *C.* 15: 24.

أَخَا *H.* אחה *pp. Nexuit, innexuit, iunxit; pec. firmius, nexu arctiore adſtrinxit et religauit.* III. آخَا, *pro quo vulgus* واخا *dicit, notione ducta ab* أَخٌ, Frater factus fuit: fraternitatem *vel* amicitiam contraxit *et* coluit. *c c a. Gi. H.* 4: 24. *v. n.* أَخٌ, *loco* أَخَوٌ, *H.* אָח, Frater germanus, *a nexu ſacratiore dictus C.* 4: 15. *et* Qui fraterno amore iunctus, Socius. Amicus, *ſiue cognatus ſit et proximus ſiue non. Gi. Vix tamen hoc nomine compellant niſi qui eiusdem ſunt religionis. Vid. C.* 9: 11. *In regimine, vel cum affixo, aſſumit in nominandi caſu* و, *in gignendi* ي, *in accuſandi* ا, *ſingulas cum homogenea vocali literas, vti etiam facit* اب. *Figurate* اخو عيلة *Frater egeſtatis H.* 3: 148. *n. et* اخو سفار *Frater peregrinationis i. e. in itineribus faciendis perpetuus. H.* 5: 80. *n. Coll.* إِخْوَة *C.* 4: 175. *et* إِخْوَانٌ Fratres: *maxime qui amicitia tales, non natiuitate; hi enim potius* اخاء *et* اخوة: *C.* 3: 98. *H.* 2: 46. *licet hoc diſcrimen aliquando negligatur, vti T.* II. 324: 10. آخَاءٌ *et* أَخَاءٌ *Coll. a ſing.* أَخٌ *vti* اباء patres, *ab* اب, *H.* 4: 3. إِخَاءٌ *Act.* Fratrem fieri, fraternitatem et amicitiam contrahere. *Gi. T.* II. 226: 8. أُخْتٌ, (*H.* אָחוֹת.) *quaſi* أَخَوَةٌ, (*aut potius pro* أُخْوَةٌ) Soror. *Gi. C.* 4: 15. *item Metaphorice* ſimilis, par, congener, altera. *vti* كلما دخلت امة لعنت اختها Quotieſcunque ingreditur, *nempe*

 In-

Infernum ſecta aliqua, maledicit ſorori *i. e. aequali* ſuae, *ſiue* quaeque damnat et exſecratur alteram. *C.* 7: 36. *Coll.* أَخَوَاتٌ *C.* 4: 27. أُخُوَّةٌ *Vinculum arctius cognationis et neceſſitudinis. Coll.* أَوَاخِي *Neceſſitudines ſacratiſſimae. H.* 4: 24. *n. et id. Schult. ad Iob. p.* 7.

أَدَّ *Fut.* O. A. *i. q.* هدّ *et origine vicin.* τοῖς اذي, هدي etc. pp. *Tetendit, dein* ſuperuenit, inciditque *et velut* oppreſſit *infortunium aut aliud malum. c c a. Gi.* إِدّ Res admiranda et ſtupenda. *et hic ſaepe praemittitur nomen* شي *ita vt* اد *illud quaſi Adiectiuum ſit. C.* 19: 91. *H.* 6: 188. *n. T.* 452: 5. *n. Vid. Scheid. ad Cant. Hiſkiae. p.* 242. *ſſ.*

أَدُبَ *et* أَدَبَ *H.* ארב, *vicinum videtur alteri* دأب *H.* ראב, *pp. Tabuit, contabuit, extabuit. Hinc pec. intabuit literis etc: i. e. multum laboris in iis acquirendis inſumſit. Porro* Humanitate *ſeu* morum et doctrinae elegantia praeditus fuit polluitque. *Merc. Gi.* II. Bonis moribus et literis imbuit. *Gi. T.* II. 962: 4. V. *Paſſ. coni.* II. Bonos mores et literas edoctus, et diſciplina eruditus ac bene formatus fuit. *Gi.* أَدَبٌ *Act. et ipſa* Humanitas, ciuilitas morum, elegantia morum et doctrinae. *Gi. H.* 2: 41. *T.* 88: 5. *Coll.* آدَابٌ Boni et gratioſi mores. *H.* 2: 58. *T.* 196: 8. أَدِيبٌ Humanus. Bonis moribus et literis praeditus, liberaliter educatus, et bene moratus *Gi. H.* 1: 8. *T.* 26: 12. *Coll.* أُدَبَاءُ *H.* 1: 40. *T.* 86: 9. تاديب *Act. in* II. *T.* II. 962: 4. مأدبة *Coll.* مآدب Epulae conuiuium. *H.* 11: 18. متادّب *part. in* V. Bene inſtitutus, bonos mores edoctus; παιδευτός *Mar. H.* 2: 74. 9: 89.

أَدِمَ *Fut.* O. I. أَدُمَ *Fut.* A. *et* أَدَمَ, *H.* אדם, *pp. Splenduit cum rubore intermixto, rutilauit. Porro* Fuſcus euaſit *vel* fuit. أُدْمَة, *ſiue potius* آدَم *pro* أَأْدَم, *H.* אָדָם *i. q.* اسمر Valde fuſcus, rubidusue. *Dein* Adam *C.* 2: 29. *et* Homo, *pro quo frequentius tamen* ابن ادم *dicunt. T.* 6: 4. أَدِيمٌ *pp. ſplendida rei planities, (vti* لוּחַ לَوْحٌ *planities eſt a* لَاحَ Splenduit;) *dein eximie* Superficies terrae. *Gi. item* اديم هواء *aëris i. e. expanſum. T.* 242: 5. *et ex ambiguo ſimul* pellis. *T.* 414: 11. *v. n. Hinc et* pellis. *quae figurate tribuitur nocti*,

ƈti, nigredinem eius ſignificans. H. 5: 68. *vid. Schult. ad Har.* 4. *p.* 10. *Sumitur et pro vita fortunisque omnibus T.* 98: 1. *n. Metaphorice* السماء اديم *i. q.* רָקִיעַ, Expanſum coeli *T.* 190: 3. *n. Hinc phraſis* اديمه مزق *ſ.* ادمه *pp.* Lacerauit pellem ipſius, *h. e. Perdidit, euertit eum H.* 12: 29. *T.* II. 542: 2.

اداة *pro* أدَوٌ, *Fut. O. Eiusdem originis atque* أدّ, *et* هدي, *nempe Tetendit, tendendo venit, aduenit. Hinc* IV. *pp. Admouit, adduxit; dein* Iuuit, auxiliatus fuit. *c c a. p. et* على *r. Gi. Ca. Niſi malis in hac ſignificatione dici pro* عدي *quaſi ſubornauit, inſtrumento neceſſario inſtruxit. Vti Schult. Cl. Dial. p.* 269. *In paſſiuo* Diſpoſitus, paratus, accinctus fuit: parauit et accinxit ſe. *c c.* ل *Cor.*

أداةٌ *pro* أدَوةٌ, *i. q.* آلة, Inſtrumentum, apparatus: quod neceſſarium eſt *vel* inſeruit rei perficiendae. *H.* 6: 248. إيداءٌ *Act. Conj.* IV. Adiumentum, opitulatio: corroboratio. *Gi. T.* 254: 2.

أدَيٌ *pro* أدَوٌ, *i. q. praeced.* ادا *Tetendit, mox, peruenit.* الى ادت مشاجرة *Peruenit res ad contentionem. T.* 534: 7. II. Fecit vt quid perueniret: miſit, attulit, adduxit, perduxit. *C.* 3: 68. *H.* 1: 7. *T.* II. 120: 3. Perſoluit et praeſtitit quod debebat. *c c a r.* et ل *p. Gi. Ca. C.* 44: 17. *T.* 428: 6. *et cum* الى *C.* 3: 68. 4: 61. ما ادي اليه الاجتهاد *Quodcumque ipſi ſuggerebat ſtudium ſuum. T.* II. 103. أداءٌ *et quidam cum Keſra, quaſi Act. irregulare Conj.* II. Solutio, praeſtatio. *Mar. T.* 466: 7. *et* Res quae perſoluitur, penditur, *aut* quae debita praeſtatur. *Gi. pec. mulcta. C.* 2: 173.

إذْ *quaſi* إذًا, Ecce. * *Sed pertinere videtur potius ad verbum* اذي, *vt dictum ſit proprie* إذْ *pro* إذْي אזי *articulus temporis q. reſectus; et abſolute, iſto articulo, h. e. Lat.* Tum.* *Vſurpatur cum agenti quid et velut inopinanti incidit aliquid. Gi. C.* 2: 48. *et fere poſt* بينا dum. *T.* 262: 7. *Item cum, praeteriti temporis, vti* اذا *ſequens futuri,* tunc cum. *C.* 2: 28. *H.* 3: 158. *T.* 508: 6. إذّاك *ſiue* إذْذاك Tunc, eo tempore; *pp. tunc tibi. Schult. ad Iob. p.* 67. *T.* 278: 1. *vel nomine temporis praecedente, vt* حينئذ Tunc temporis. *C.* 56: 83. يومئذ Illo die. *Gi. C.* 3: 160. *H.* 2: 108. *n.* إذا Quum *temporis futuri, vti* إذْ *eſt praeteriti. Gi. C.*

فَهِمَ *Act.* فَهْمٌ *et* فَهَمٌ, Intellexit, percepit. *cca. fig.* صائب الفهم Iaculator ſagacitatis. *T.* II. 202: 4. *ſic et* طريق المفهوم nota omnibus fortitudo. *T.* II. 26: 1. *quod* مفهوم *etiam vſu ſubſt. occurrit pro ipſa* Perceptionis facultate. *T.* 524: 3. 2. *Tranſ.* Docuit. *ccga. C.* 21: 79. IV. *idem. ſic* افهام Doctrina. *T.* II. 992: 10. X. Rogauit petiitue vt doceretur, *et* voluit doceri vt intelligere quid poſſet. *ccga. Gi. T.* 104: 5.

وفهو

فُو, Gen. فِي, Accuſ. فَا, idem quod فم et فوه, dictum videtur pro فوا a th. فوي vti ذو pro ذوا, Os, oris; in regimine occurrit aut cum affixis. fig. ملا فاه Impleuit os eius margaritis, i. e. ſplendidis eum muneribus ditauit. H. 6: 270.

فَاتَ Act. فَوْتٌ, H. פות, Praeteriuit, fugit eum res. C. 3: 147. elapſa ei fuit occaſio. c c a p. T. II. 116: 18. 2, Praeceſſit, praeuertit. c c a p et ب r. hinc Exceſſit numerum. T. 102: 5. et elapſus fuit, fugit homo. T. II. 42: 5. 3, pec. Mortuus fuit. vnde فوت obitus, ſaepius cum موت iungitur. T. II. 768: 9. V. Praeteriit, effugit, occaſio. T. 544: 7. تفوت الذقيم Quouis auro carius eſt. T. II. 544: 5. VI. Diſtitere ab inuicem duae res, et ſua differentia diſtinctae fuerunt. hinc inf. تفاوت Interſtitium. Differentia, discrimen duarum rerum. Gi. C. 67: 3. VIII. Praeuertit ſuo conſilio ſententiave alium; propriam ſecutus mentem, non conſulens alienam. c c علي p et ب r. paulo aliter افتتم في الميل الي من فات Praeuertiſtis in inclinatione ad mortuos, i. e. immodico fauore in eos inclinati eſtis. H. 6: 190. n.

فَاجَ H. et Aram. פוג, Or. videtur in Spirando; hinc IV. Friguit dies. item Effuſius cucurrit ad anhelitum vsque. inde فَوْجٌ, Coll. افواج, pp. Turba hominum in curſum effuſa; mox in genere Coetus, hominum agmen. Gi. C. 78: 18. ſic فوجا فوجا in varias partes. T. II. 2: 10. etiam امواج افواج cateruae fluctuum. T. 466: 13. ſic et legendum pro افواج T. 256: 3.

فَاحَ Fut. O et I, H. et Ar. פוח, ονοματοπ. in Orig. Flandi, exhalandi: hinc Odorem exhalauit aroma: fragrauit. fig. نسمات ſpiritus proſperitatis فايحة fragrabant ex animis eorum. T. II. 650: 2. item Diffuſus fuit odor: ſic facinoris in nares mundi. T. 142: 5.

فَارَ Fut. O et I, Hebr. et Aram. פור, pp. Aeſtuauit, efferbuit bulliendo olla. Gi. etiam clibanus. C. 11: 42. et gebenna C. 67: 7. fig. فار بحر التتار Aeſtuauit mare Tatarorum. T. II. 342: 4. item فار دم قلبه Efferbuit ſanguis cordis eius, prae ira. T. 454: 1. فَوْر Act. ſign. 1. من فورهم Protinus ab aduentu, antequam quieſcerent. Gi. C. 3: 121. et ſing. من فوره T. 104: 10.

فَازَ *Act.* فَوْزٌ, مَفَازٌ *et* مَفَازَةٌ, *Fut.* O, *forte Or. eadem quae in* فاز *ſc. Micare, emicare, ſpec. de motu agili aut curſu qualis eſt eius qui ex periculo ſaluus euadit. hinc et* فاز بشي *emicuit cum re, h. e. celeri motu abſtulit, ſive* Potitus fuit. *cc* ب. *ſic victoria. H.* 6: 274. *etiam cca.* فاز فوزا Obtinuit praemium, felicitatem. *C.* 4: 75. 2, Euaſit ſaluus, effugit. *T.* 400: 3. *dein* felix fuit. *ſic* فايز *C.* 22: 113. *hinc* فوز Victoria. Felicitas, fruitio boni, praemium. *pec. poſt hanc vitam. C.* 4: 17. *item* مفاز *et* مفازة, *Coll.* مفاوز, Effugium, *mox* locus in quo quis euadit. *C.* 3: 185. *pec.* Deſertum. *Gi. H.* 2: 64.

فَاضَ *in* I *ſpecie deperditum, vic.* فاض *med.* ي *et* פוץ *in Or. Fluxus exuberantis: hinc* II. فَوَّضَ *Fluere fecit negotium ad aliquem, h. e.* Commiſit arbitrio *eius*, retulitue *ad eum* totam *rem. cc* الي *p. et car. C.* 40: 47. *in Act.* تفويض *fig. ſusceperunt* باعناق التفويض collis obedientiae *ictus gladiorum mortiferorum. T.* 210: 14. *etiam cc* ل *p. ſic* فوض للرحيل خيامه Commiſit tentoria ſua *vel* migrationi *vel* camelo itineri idoneo. *T.* 142: 2. *vbi tamen legendum videtur* قوض *vti et T.* 180: 8. *hinc* III. Conſors fuit *alteri. etiam* par et aequalis. *ccap. inde* فَوْضَى Pares inter ſe, absque principe, *homines, populus. T.* II. 330: 12.

فَافَ *Fut.* O, Petenti aliquid dixit pollicis indicisque vngues coniungens: ne quidem hoc tibi dabo. II. Albis punctis variegauit veſtem. *notio ducta a* فُوفٌ Granum albicans in interiore parte oſſis dactyli, vnde germinat palma. *item* Albicantia puncta talesue lineae in extremis vnguibus, quae inprimis puerorum, nasci ſolent. *inde* تفويف خلعة *eſt* Eleganter variegata, *ſ.* albis punctis diſtincta, chlamys. *T.* 506: 3.

فَاقَ, *Act.* فَوَاقٌ, *Fut.* O, *H. et Aram.* פוק; *pp.* Fregit *ſagittam: pec.* in crena. *cca. hinc occurrit pro ſono quem reddunt nervi arcuum. T.* II. 888: 11. *inde transfertur ad ſonos fractos, et hinc* 2, Singultiuit. *et hoc modo* 3, فاق بنفسه Egit animam moribundus. *hinc Act.* فواق Deliquium animi. *Mar. mox* Expectatio, mora: quies. *C.* 38: 14. *alio flexu frangere, infringere aliquem, eſt eum vincere, & hinc* 3, Superior fuit *ſociis ſuis*, ſuperauit *eos* dignitate, praeſtantia. *ccap.*

T.

T. 26: 1. *etiam diuitiis. cc.* فوي *r. T.* 494: 3. *ſic* فايق Excellens *eloquentia. T.* II. 548: 7. II. *Tranſ. coni.* I, *ſign.* 1. Crenam fecit *ſagittae. cca. T.* II. 554: 1. IV. *pro quo et* افوق *Afwaka dicitur*, Crenam neruo imponens ad iaculandum aptauit *ſagittam. cca. T.* II. 986: 1. 2, *alio adſpectu venit frangendi notio, pro fecit abruptionem, i. e. ad ſe rediit e vehementiore affectu vel grauiore morbo*, Conualuit *a morbo*, ad ſe rediit *ab ebrietate. cc* من *T.* 234: 7. *etiam e ſtatu mentis attonitae. C.* 7: 141. V, *notione ducta a ſingultiendo*, Lac bibit *pullus* per partes, vice poſt vicem. *et ita* ſenſim fecit quid, bibit *homo. fig. pocula direptionis. T.* 320: 2. X. *i. q.* IV *ſign.* 2. *cc.* من *Gi. ſic ab amore et deſiderio. H.* 1: 28. فَوْقَ Supra. *ſic* عذاب فوق عذاب Poena ſupra poenam. *C.* 16: 90. فعل فوق ما فعل Peius *cum eo* egit quam *cum aliis T.* 642: 17. Supra *aliquem eminens dignitate. C.* 6: 18. *item* Magis quam. *C.* 4: 12. *etiam* Super. *C.* 12: 36. *et i. q.* دون, Praeter, citra. *ccg. Gi.* من فوق Deſuper, *oppos. ad* من تحت *C.* 5: 70. من فوق الارض e ſuperficie terrae. *C.* 14: 31. فُوقٌ *Act. ſign.* 1. *dein* Crena ſagittae. *Gi. ſic in Prov. Emiſſa ſemel ſagitta* الممكن مرده الي فوقه reduci nequit ad crenam ſuam. *T.* 100: 9. فَاقَةٌ Paupertas, egeſtas: neceſſitas. *Gi. T.* II. 92: 4. فِيقَةٌ *pro* فوقة *in plur.* افواق *eiusque Collect.* افاويق Lac quod in vberibus colligitur inter binas mulctras. *vid. conj.* V. *fig. Sugere* افاويق الوفاق hauſtus lacteos conſenſionis. *H.* 4: 4. *n.*

فَالَ *H.* פּוֹל *deperditum, vicinae videtur originis cum* فال *med.* ي. *hinc* فُولٌ, *Coll.* فوال, *Hebr.* פּוֹל, Faba: *pec.* quae ſicca. *Gi. T.* II. 902: 4.

فَامَ *Deperditum, vic.* فيم, *H.* פּים *et* فام *med. Hamz. in Or. Farciendi, efferciendi: hinc* II. Coxit *alicui* panem. *notione ducta a* فُومٌ Panis. *quin et, ex quo pinſitur*, Triticum. *et* frumenmentum omne. *item* Ciceres. *et idiomate Syro i. q.* ثوم, *aut pro eo*, Allium. *Gi. C.* 2: 58. *ab hoc themate etiam videtur eſſe* فم, *contractum ex* فوم; Os, Oris: *de quo ſupra.*

فَاهَ *Fut.* O, *Verbum aſſumtum e nomine* فوه *os;* Ore extulit, pronunciauit, *ſermonem, verbum. cc* ب *T.* 102: 8. *et* Verbum

fe-

fecit *alicui*, reſpondit. *c c a p.* *etiam c c* ل *T.* II. 116: 8. V. *i. q.* I. *c c* ب *T.* II. 844: 1.

فُوهٌ, *Coll.* أَفْوَاهٌ, *i. q. H.* פֶּה, *pro quo etiam* فَمٌ *et quoque in conſtructione vel cum affixis* فو *dicitur*, Os, oris. *fig. capitibus obſtruxit* افواه الثغور ora caſtrorum. *T.* II. 392: 9. *translate* Os, *pro aditu loci. T.* II. 29: 11. *inſigni figura idem* فوه, *Coll.* افاويه, *eſt* Res quaeuis aromatica qua concinnantur odores et vnguenta. *T.* II, 488: 3.

فَيَّهٌ *H.* פִּיהָ, *obſoletum*, *eiusdem originis cum* فاي *ſc. Findendi*, *vnde* في, *pp. Fiſſio rei*, *dein vt Praepoſitio*, In. Inter. *etiam* cum. *T.* 468: 2. Ad: *ſic rami arboris* في السماء attingunt coelum. *C.* 14: 29. Relate ad. حيوة الدنيا في الاخرة vita huius ſeculi ſi comparetur cum futura. *C.* 13: 26. De. لاريب فيه Nullum hac de re dubium. *C.* 3: 7. *item* De eo *dixit*, *vel conſuluit aliquem. C.* 4: 126. Per. *quatenus ſignificat medium quo aliquid peragitur. C.* 5: 93. Inſtar. *T.* 158: 12, 13. *et peculiari vſu* في رأي Mea quidem ſententia. *T.* 352: 10. جاهد في الله *videtur Elliptica locutio pro* جاهد في, فيما سبيل الله *quod vide.* فيما Propterea quod, *ſcribitur et per compendium* فيم *vt* الام *pro* الي ما, *C.* 4: 99. *etiam interrogative*, Quare. *T.* 364: 10.

فَآءَ *pro* فَيَأَ, *Fut.* I, *pp. Vertere in latus; ſpec. de Vmbra: ſic* Reuerſus *et* Mutatus fuit. *C.* 49: 9. *etiam* Acceſſit *ad aliquem. c c* الي. *T.* II. 96: 13. IV. *Tranſ.* Redire fecit. reduxit. Conceſſit *iis Deus*, in poteſtatem dedit, *opes infidelium. c c* علي *p et ar. C.* 33: 49. *ſpec. praedam. T.* 338: 10. V. Se obuertit, verſa fuit *vmbra. C.* 16: 50. فَيْءٌ *Act.* Reditus. *dein* Tributum. *et* Praeda. *T.* II. 366: 9. *item* Vmbra. *ſpec.* declinans et rediens poſt meridiem. *eſt imago corporis euanidi: ſic* ſenex *comparatur cum* vmbra pomeridiana. *H.* 6: 244. *n.*

فَاحَ *Fut.* I, *vic.* נפח فاخ *med.* و, פוח, *in Or. Spirandi: hinc* Diffuſus fuit *odor.* 2, Late patuit *ſpelunca. hinc form inten ſ.* افيح, *Coll.* فيح, Amplum et late patens *mare*, *deſertum. T.* 350: 4.

فَادَ *Fut.* I, *eandem, quae* فاد *med.* و *et H.* פיד, *habet originem*, *ſc. Liquandi, macerandi: ſic* Liquore humectauit temperatumque ſubegit *aroma. c c a. Gi.* 2, *tranſlata notione ad rem eli-*

eliquatam quaſi, *bonum*, *commodum*; *hinc* فـادت فـايـدة Obtigit commodum. *et* Firmae fuerunt *alicui opes*: profuere. *cc* ل *p. ſic* فـايـدة, *Coll.* فـوايـد, Vtilitas, commodum, fructus quem quis reportat. *Gi etiam* Fenus. *ſic* راس الـمـال والفايدة Summa capitalis vna cum fenore. *T.* II. 990: 3. *ſpec. notat* Monita et praecepta ſalutaria. *H.* 1: 12. *n.* IV. Dedit *alteri* contulitue *opes*. *ccga*. Profuit *ei*. *cca*. *H.* 6: 214. *inde* افـادة *pec.* Vtilitas *quae e ſcientiis percipitur*. *T.* II. 968: 2. X. *idem quod* IV, Accepit, comparauit ſibi, *opes*, *ſcientiam*. *cca*. Commodum fructumque *ex iis* percepit. *cc* مـن *Gi. T.* II. 1000: 4.

فـاض, *Act.* فـيـض, *Fut.* I, *vic.* פוץ فـوض, *pp.* Exundauit *fluvius. fig. fluxus alicuius*, *i. e: donatio effuſisſima*, *opp.* غـاض *r. H.* 6: 244. *item alicuius ira. T.* 140: 14. *dein* Redundantibus lacrymis manauit *oculus*. *cc* مـن *r. C.* 9: 93. 2, Mortuus fuit. *T.* 458: 7. IV. *Tranſ.* Effudit *lacrymas*, *aquam. C.* 7: 48. *ſanguinem. T.* II. 194: 10. *fig. maria benignitatum. T.* 378: 10. 2, Diuulgauit *rem*. *cca. pec. mendacia. C.* 46: 7. 3, *Intranſ.* Cum confluxu et impetu proruerunt *homines*; *et* ita perrexere *ab Arafat monte ad Minam. C.* 2: 194. 4, *i. q.* اندفـع *cc* فـي, Bene et valde progreſſus fuit. *Gi. C.* 10: 62.

فـيـق, *Coll.* فـيـاق Locus aequabilis. *Gi. vel* Deſertum aquae expers. *Ca. T.* II. 392: 7.

فـال *Fut.* I. *vic.* فـال *med.* و *H. et Ar.* פול *et* פיל, *pp. Turſit*; *hinc* Plene adulta fuit *planta*. Incremento auctus fuit *adoleſcens*, obeſus euaſit. فـيـل, *Coll.* فـيـول *et* افـيـال; Elephas. *ſic* افـيـال سـلـطـان Elephantes potentiae. *T.* 488: 6 *fig.* Elephas, *pro hoſte furibundo. T.* 436: 3. *eſt et Nomen Capitis Coran.* 105. *hinc et* فـيّـال Elephanti dux *vel* praefectus. *Gi. ſic legendum T.* 482: 13.

ق

ق *Litera*, *et Nota Arithmetica* Centenarii: *eſt Inſcriptio capitis Coran.* 50. *quod de Iudicio vltimo et reſurrectione agit.*

قـبّ *Fut.* O, *H. et Ch.* קבב, *pp. i. q.* قـطـع Secuit, amputauit *pec. manum*: *vnde et notio excauandi*; *et hinc* قـبّـة, *Coll.* قـبـاب, Fornix, concameratum

opus. *quod dein, voce ab Hiſpanis accepta, dedit noſtrum Alcove. ſic* قبة الافلاك Sphaera coeleſtis. *T.* II. 156: 11. *etiam* Tale concameratum ſacellum. *Gi. pec. Sepulcrale. T.* II. 98: 10. *item* Tabernaculum. *Ca. ſeu* tentorium. *T.* II. 408: 13. *et* Turris. *fig. pro monumento è capitibus occiſorum hoſtium erecto: qui mos Tataris. T.* 640: 12. قَبْقَبَ *Q.* Ventre murmurauit *equus*, rugiit *leo. Gi. et in genere* Sonnm vocemue edidit. *notione ducta a* قَبْقَبٌ Venter. *T.* II. 234: 16.

قَبُحَ *Act.* قُبْحٌ *et* مَقْبَحَةٌ, Reprobauit. Deteſtatus fuit, et omni amouit bono. *cca. ſic* مقبوح Reprobus, a Deo maledictus. *C.* 28: 42. 2, *med. Damm.* Deformis et turpis fuit. *vnde* مقبحة, *Coll.* مقابحة, Contumelia. *T.* 140: 8. *ſic Act.* قبح Turpitudo *opponitur* τῷ حسن *T.* 555: 2. *ita etiam huius inter* قبيح turpe *flagitium, et Nomen proprium* حسن Haſſan. *T.* 142: 7. *form. intenſ.* اقبح *etiam de* foedisſima clade. *T.* 616: 9.

قَبَرَ *Fut.* O *et* I, *H. et Ar.* קבר, Inhumauit, ſepeliuit, *funus. cca. T.* II. 546: 2. IV. Humandum iusſit, curauit, *vel* permiſit. *aut* Talem, qui humaretur, et quaſi ſepelibilem, fecit. *cca. Gi. C.* 80: 21. قَبْرٌ, *Coll.* قبور, Sepulcrum. *Gi. fig.* Meta habitationis ſepulcrum eſt. *T.* 496: 4. *inde* اصحاب القبور Mortui. *C.* 60: 13. مَقْبَرَةٌ, *Coll.* مقابر, Coemiterium. *Gi. fig.* مقابرهم بطون الذياب ſepulcra eorum ventres luporum. *T.* 212: 2.

قَبَسَ *Fut.* I, Accendit *ab alio* accepitue *ignem. cc* من *p et car. et Metaphorice* Didicit. *Gi.* VIII. *i. q.* I. *ſign.* 1. Accepit *ab eo et* mutuatus fuit ignem. *ſic e Marac. et Mſ. leg. C.* 57: 13. *item* Comparauit ſibi, *vel* petiit, *ab eo ſcientiam. cc* من *p. et ar. Gi. H.* 1: 12. *v. n.* قَبَسٌ Pars ignis ardens, torris, aut ſimile quid de quo accenditur ignis alius. *Gi. C.* 20: 10.

قَبَضَ *Fut.* I, *Act.* قَبْضٌ, *H. et Ch.* קבץ, *Or. in Contrahendo: hinc* Cepit, apprehendit, manu. *ccar et* على. *ſic* قابض الزمام Prehendens capiſtrum *regionis. T.* II. 228: 1. 2, Manu iniecta comprehendit *hominem. T.* 38: 4. *ſic in Prov.* قبض بكفه الجمر Prunas manu recipere, *ſuſcipere ali-*

aliquid moleſti. T. II. 952: 11. 3, Celer fuit, celeriter ſe proripuit: *vti* alas contrahens *auis. C.* 67: 19. *hinc adagiali locutione* قبض راح Contraxit volam, *i. e. tenax et auarus fuit. H.* 6: 240. *quod et abſolute dicitur* قبض *opp.* τῷ بسط *C.* 2: 246. *alia iterum translatione Contraxit alas pro* 4, Mortuus fuit. *ſic Act.* قبض *T.* II. 572: 5. VII. *Paſſ. coni.* I. Contracta in ſe fuit *res. ſic cum alluſione ad oppoſitas notiones* τῶν قبض *et* بسط , انقبضت المباسطة Contracta fuit diffuſa hilaritas, *etc. T.* 126: 11. VIII. Comprehendit *aliquem*, in vincula coniecit. *T.* 586: 13. *vbi tamen variant Mſſ.* قُبْضَة Quantum manu comprehendi poteſt, manipulus. *Gi. ſpec. pulveris terrae. C.* 20: 96. *fig. cum manipulo comparatur tota terra. C.* 39: 67. *dein* قبضة Poteſtas. *T.* 54: 14. مُقْتَبَض Locus vbi quid prehenditur; *ſpec.* anſa *vaſis; et hinc per Metaph.* occaſio *rei agendae. T.* II. 104: 13.

قَبِلَ, *Act.* قُبُولٌ *et* قَبُولٌ, *Fut.* A, *H. et Aram.* קבל *pp. Vertit, obuertit, pec. antrorſum: vnde* Aduenit, aduentavit. *et hinc* 2, *med. Keſr.* Excepit, recepit, admiſit, accepit vt gratum et conueniens. *cca. ſic teſtimonium alicuius vt legitimum. C.* 24: 4. *pecuniam H.* 1: 32. *preces. T.* 642: 5. *ſic et Act.* قبول *C.* 3: 32. قابل التوب Accipiens reſipiscentiam *Deus. C.* 40: 2. II. Oſculatus fuit. *cca. ſic faciem T.* 336: 7. *manus. T.* 20: 11. *pedes. T.* 342: 7. *fig.* Oſculari pedes arcis *dicitur fluvius eam alluens. T.* II. 202: 8. *fig. etiam* تقبيل السيوف Oſculatio enſium *T.* II. 248: 11. III. E regione oppoſitus fuit, ex adverſo reſpexit. *cca. ſic in part.* مقابل E regione loci oppoſitus alter. *T.* II. 286: 2. *etiam* Oppoſuit ſe: *ſic mandato alicuius T.* II. 170: 10. *pec. hoſti. T.* 174: 14. 2, *i. q. Coni.* I. *ſign.* 2, قابله بالصفح Excepit eum ignoscentia. *T.* II. 940: 3. *n. ſic et Mſ. Picques. pro* يعامل *legit* يقابل *T.* II. 104: 5. *etiam* Excepit *aliquem* بشنعة probris. *T.* 318: 1. *item* Compenſauit *quid alia re. ccap. et* ب *r. T.* 142: 10. IV. *i. q.* I. *ſign.* 1, Acceſſit, aduenit. *H.* 2: 106. *et quidem* propere. *ſic fig. mare belli. T.* 6: 6. *dein* Animoſe egreſſus eſt. *vnde* اقبال ſtrenuitas. *T.* 144. 9. *dein* Irruit *in aliquem. cc* الي *C.* 37: 92. *etiam* Proſpere ſe applicuit *ad illam partem.*

cc علي *T.* 302: 9. *et* Conuertit *ad eum*, obuertit *ei*, *faciem ſuam*. *cc* علي *p et* ب *r.* *C.* 12: 71. V. *i. q.* I, Accepit, acceptauit vt gratum. *cca. munus. T.* II. 340: 7. *pec. votum alicuius Deus. C.* 3: 31. *et ſacrificium. C.* 5: 30. *et preces. C.* 14: 42. VI. Inuicem occurrerunt. *et* de facie ad faciem ſeſe ſpectarunt. *Gi. C.* 15: 47. *item* Compenſauit *alia re. ccap et* ب *r. Tim.* X. Antrorſum ſe conuertit, obuertitue *alicui*: proceſſit obuiam. *ccar vel p. de nube. C.* 46: 23. *pec. in bello. T.* II. 214: 4. *etiam honoris cauſa. T.* 60: 4. *item i. q.* I. Suſcepit *rem. T.* 210: 13. *et* Recepit *aliquem vultu ſoluto. T.* II. 328: 7. قُبْلٌ، قُبُلٌ *et* قِبَلٌ Pars anterior, prior. *Gi. C.* 12: 26. من قبل ومن بعد Ab aeterno. *T.* II. 288: 14. *vnde* قَبْلُ Ante *omnia. ccg.* قبل هذا antea. *C.* 11: 65. من قبل Ante. *C.* 2: 19. قبل ان et من قبل ان Priusquam. *Gi. C.* 33: 48. قِبَلًا *Kobulan*, Per diuerſa gentis agmina, cateruatim. *C.* 6: 111. *et* Coram, ob oculos. *C.* 18: 53. قِبَلٌ Poteſtas, copia. *C.* 27: 37. *in accuſ.* Apud, penes. *etiam* Verſus *Orientem vel Occidentem* vertit *faciem precaturus. C.* 2: 172. قَبِيلٌ Turba diuerſae gentis, *ſubinde et* vnius; tribus aut pluribus hominibus conſtans. *etiam* Turba *daemonum. C.* 7: 26. قبيلة; *Coll.* قبايل, Tribus Arabica, magna Arabum familia eodem avo prognata. *C.* 49: 13. *etiam Turcica. T.* 26: 6, 7. عن قبيلة Tributim. *T.* 372: 11. *tranſlate* قبايل النعن Genera infortuniorum. *T.* II. 970: 7. قِبْلَةٌ Tractus antrorſum oppoſitus propoſitusue *pec.* quo quis ſe dirigit inter precandum. *C.* 10: 87. *vnde quoque i. q. H.* קדם, Templum Hieroſolymitanum. *ſic* من قبلة مرابية اليهود a Kebla coetus Iudaeorum *T.* 322: 9. *i. e. ab auſtro: inde* قبلي Auſtralis pars. *T.* II. 14: 2. *item* القبلة *pec.* Templum Meccanum. *Gi. C.* 2: 136. *fig.* قبلة التحويل Kebla migrationis. *T.* 298: 4. قُبَالَةٌ *i. q.* تجاه E regione, ex aduerſo. *ccg. Gi. H.* 1: 34.

قَبَا Digitis congregauit *quid*, carpſit collegitque *crocum. cca.* قَبَاءٌ *Perſ.* قبا Tunica virilis, *pec.* Perſica: quae ſub axillis

ſis per obliquum duplicatur. *Gi. T.* II. 98: 9.

قَتَبَ *Fut.* O, Clitellas camelo impoſuit. *Gigg. notione ducta a* قَتَبٌ Sella camelina minor pro tuberis quantitate. *Gi. H.* 4: 62.

قَتِدَ Ex arboris قتاد paſtu ventrem doluit *camelus. Gi.* قَتَدٌ, *Coll.* اقتاد, Lignum ſellae camelinae ſeu clitellarum. *Gi. H.* 3: 144. قَتَادٌ Arboris aculeatae ſpecies, quae camelorum pabulum: tragacantha, *ſcil.* quae قتاد اعظم *dicitur. Et quia nodoſa haec arbor, hinc* خرط القتاد *Decorticatio tragacanthae* ſummam difficultatem rei *notat. Gi. ita vt nemo eam tangere aut aggredi ſuſtineat. T.* II. 114: 10. *potiſſimum vſurpatur de potentia inacceſſa. T.* 150: 15. *fig. etiam* اسـتوطا القتاد mollem et commodam reperire tragacantham, *i. e. maximas miſerias reputare leues. H.* 3: 144. *n.*

قَتَرَ *Fut.* O et I, *vic.* قدر *in Orig.* *Secandi, mox determinandi, reſtringendi: vnde* Parce ſumtum fecit, tenax fuit *in domeſticos. cc* على *p. C.* 25: 67. IV. *i. q.* I. *item* Ad paupertatem redactus fuit. *ſic* مقتر *opp.* τῷ موسع *C.* 2: 237. قَتَرٌ Pallor, color pulueris cum grauitate mixtus. *Gigg. C.* 10: 27. *hoc ſenſu etiam* قترة *i. q.* غبرة *C.* 80: 41. قَتُورٌ Tenax et auarus in ſuos. *Mar. C.* 17: 102. قُتَارٌ Nidor ollae: odor carnis toſtae *vel* ſuffimenti. *Gi. etiam, vt videtur,* Fumus craſſus, nubes, *pulueris concitati. T.* II. 342: 3.

قَتَلَ, *Act.* قَتْلٌ *et* قِتْلَةٌ, *vic.* قطل *et H. et Aram.* קטל, *pp. Amputauit: pec. excidit radicitus. hinc* Occidit, interfecit, neci dedit. *ſic* قتله قتلة شر crudeliſſimo modo eum necauit. *T.* II. 484: 10. *vnde* قتل *Act.* Caedes, nex. *Gi. C.* 5: 33. *et* قتيل, *Coll.* قتلى, *Katla*, Caeſus, interfectus. *C.* 2: 173. II. *idem quod* I, *cum Teſdid multitudinis. C.* 33: 61. III. Pugnauit, certauit: oppugnauit, aduerſatus fuit. *c acc. ſpec.* في سبيل الله pro religione. *C.* 3: 11. *vnde Act.* قتال *ipſa* Pugna. *Gi. C.* 2: 247. *vti et* مقاتلة *T.* 74: 10. *et abſol. part.* مقاتل Homines ad bellum idonei, et parati milites. *T.* 80: 5. VI. Pugnarunt, contenderunt, inter ſeſe. *Gi. T.* II. 246: 10. VIII.

pro quo etiam قـتـل *Kattila et Kittala dicitur, i. q.* VI. *pec. de religione. C.* 2: 254.

قَتَمَ Elatus fuit *puluis. Ca. inde* قاتم Puluerulentus. *T.* II. 594: 4. *notione ducta a* قَتَامٌ Puluis, *pec.* ad nigrum vertens. *Meid. T.* 394: 3. *fig.* ليل القتام Nox pulueris, *ab equis exercitus concitati, obduxit caliginem. T.* 606: 10.

قَتَّ *Fut.* O, *Act.* قَتٌّ, In vnum traxit compulitue *pecora. c c a. fig.* قتت اليه قتا Ad eum ſimul coacti ſunt *montes exercituum et maria copiarum. T.* II. 220: 5.

قَثَأَ *Deperditum, vicinum fuit* τῷ كشا *pp.* Raſit, decorticauit *rem. vnde ſupereſt* قِثَّاءٌ *H. et Ch.* קִשָּׁא, *Coll.* Cucumis. *pec.* anguineus, *ſeu* ſylueſter. *Ca. C.* 2: 58. *vti Mſ. et Hinc. pro Marac.* قشا.

قَحَطَ, *Quod et effertur* كحط, *Fut.* A, Inhibita fuit defecitue *pluuia: vnde* قَحْطٌ *Act. et i. q.* جدب ſterilitas anni. *Gi. T.* 126: 6.

قَحَمَ *Fut.* O, *pp. vt videtur, Excuſſit, vnde de equo excuſſum inſeſſorem in faciem proiiciente; hinc* Praeceps temereque irruit, ſemet inconſulte coniecit, *in negotium. c c* في *Gi.* III. Irruit *in aliquem. vnde Act.* مقاحمة Incurſus bellicus. *T.* 386: 7. IV. *Tranſ. Coni.* I, Praecipitem dedit *alium in rem aliquam. c cap. et* في *r. T.* 400: 10. VIII. *Paſſ. ſc.* Praeceps coniectus fuit. *C.* 38: 59. *et i. q.* I. Praeceps vel temerarius ſubiuit, aggreſſus fuit *aliquid. c c a. Gi. C.* 90: 11. *vnde Act.* مقتحم Grauiſſimum periculum. *T.* 166: 6. *et ſpec.* اقتحام Praelium. *T.* 480: 11.

قَحَا Accepit *opes. c c a.* قُحْوَانٌ, *Coll.* أَقَاحٍ, Anthemis ſeu chamaemelum. *Gi. quocum comparantur dentes nitidi et ſuaue olentes. H.* 2: 78. *n.*

قَدَّ, *Act* قَدٌّ, *Fut.* O, *H. et Ar.* קדד, Per longum ſecuit fiditue *lorum. fig.* Amputauit *pinnas alicuius. T.* II. 534: 10. *item* Per longum lacerauit *veſtem. c c a. ſic veſtem vitae. T.* II. 370: 14. *etiam* Concidit apte, *pecul.* oblongiore forma. *c c a. vnde Act.* قَدٌّ, *Coll.* قدود, Statura corporis. *T.* II. 32: 1. *etiam domus. T.* II. 448. 10.

قَدْ *Particula Verbis praeponi ſolita: cum Praeterito tempore praeteritam actionem affirmat*, Certe: iam, modo, dudum. *C.* 2:

2: 57. *vti et* لتغد *C.* 2: 61. *et* فتغد *C.* 35: 23. *vel ſubinde vacat. Cum Futuri autem forma futuram praeſentemue actionem indicat vt contingentem, i. q.* ربما, Quandoque, interdum. *vide Gramm.* وقد *autem ſaepe res praeſentes cum praeteritis iungit, cauſamque mutationis reddit, vertendum per* Quum. *C.* 20: 125. قدّة *Coll.* قدد Oblongum ſegmentum *ſeu* lorum. *dein* Regula, modus. *item* Turba *hominum* in diuerſas partes tendentium. *Gi. Vtroque ſenſu accipi poteſt* كنا طرايق قددا Inſtitimus diuerſis viis. *C.* 72: 11.

قدح, *Act.* قدح, *Fut.* A, *H. et Aram.* קדח, *Or. in Terebrando, perforando; vnde pec. attritu lignorum* Extudit igniario, vel extundere inſtituit, *ignem. cca. etiam equus ex ſilicibus. C.* 100: 2. قدح زناده Terebratio fomitum ignis. *fig. de indole et ingenio. H.* 3: 122. *n. quod praeſertim conſiliis tribuitur. T.* II. 784: 3. *in Paſſ. fig.* قدحت زناده Fomites eius excuſſi ſunt, *i. e. ſaevire deſiit ira. T.* 174: 6. *hinc* 2, Maledixit, vituperauit. *cc* في *p. vel r. in part.* قادح *et foem.* ة, *Coll.* قوادح *T.* II. 928: 1. VII. *Paſſ. Coni.* I. *ſign.* 1. *ſic* Quum تنقدح زناد الحرب extunderentur fomites praelii, *dederunt ignem. T.* 176: 9. X. *i. q.* I. *ſeu* Studuit ignem elicere. *fig. conſilium alicuius. T.* II. 628: 6. قدح *Coll.* قداح, Sagitta primum dolata, ſine alis et cuſpide, *vel* ſimplex calamus ſagittae. *pec.* ſagitta qua ſortem iaciunt aleamue exercent. *fig. Verſauit quisque* قداح فكره ſagittas ingenii ſui. *T.* II. 532: 9. *n. hinc et Adag.* Quilibet optime nouit notam ſagittae ſuae: *h. e. quisque ſuam callet aleam. H.* 6: 204. *n.* قدح, *Coll.* اقداح, Cyathus, ſcyphus, *pec.* maior, crater ſufficiens duobus hominibus. *Ca. T.* II. 928: 1. مقدحة Ignitabulum, quo extunditur ignis. *Gi. ſic Conſultatio ſagacium* مقدحة الفكر ignitabulum eſt prudentiae. *T.* 592: 14.

قدر *Fut.* I, *H. et Aram* קדר, *pp. Secuit, ſcidit: vnde* Potuit, valuit, praeualuit. *cc* علي *r. vel p. vel cum* ان *verbi. T.* 62: 12, 14. *vnde* قادر *et* قدير Potens, *ſpec. eſt Epitheton Dei. C.* 6: 64. *etiam* علي كل شي قدير *C.* 2: 19. 2, *Fut.* O *et* I, Determinauit ſuo modo ſuaque menſura. *ccar. C.* 89: 16.

16. *hinc* 3, Magni aeſtimauit, in magno pretio et honore habuit. *c c a p. C.* 6: 91. *et* 4, Parcus, tenax *erga ſuos* fuit. *c c* علي. *C.* 28: 82. 5, *ſpec.* Determinauit, praedeſtinauit *Deus. vnde part.* مقدور, *Coll.* مقادير, *vſu ſubſt.* Fatum. *ſic Qui obnititur* تيار المقادير fluctibus decreti, *mergitur. T.* 100: 5. II. Poſſibilem fecit, diſpoſuit parauitque. *c c* ل *p et ar. etiam* Praepoſuit *vicarium ditioni. c c a p. et* ل *r. T.* 104: 15. *etiam* Menſura ſua definiuit. *c c a. Gi. C.* 76: 16. *item* Praedeſtinauit decreuitque *Deus. C.* 27: 58. *vndei* تقدير Diuinae potentiae decretum *et* ineuitabile fatum. *Gi. T.* 96: 1. VIII. *i. q. coni.* I. *ſign.* 1. Potuit, valuit, potisque et compos fuit. *c c* علي. *vnde* علي كل شي مقتدر Omnipotens. *C.* 18: 43. *celebratur etiam Prouerbio* اقتدار العمالقة Potentia Amaleki. *T.* 492: 15. قُدْرٌ *Act. ſign.* 1 *et* 5, Potentia. *ſic* ذو القدر vir eminens. *T.* 12: 8. *eſt et Nomen cap. Coran.* 97. *eodem ſenſu quo* ليلة القدر *illa nox dicitur qua Coranus demiſſus eſt. ib. v.* 1. *vid. Gagnier ad Abulfed. V. M. p.* 16. *quae nox quum incerta ſit, originem dedit Prov.* اخفي من ليلة القدر Magis occultum quam nox potentiae. *T.* II. 344: 16. *n. item* قدر Quod praefinitum ordinatumque a Deo: *ſeu ipſa* Prouidentia *Dei et* fatum. *quo ſenſu iungi amant* قدر *et* قضا Prouidentia et decretum. *T.* 62: 1. *n. etiam* قدر Quantitas, pretiumque *rei. Gi. H.* 6: 272. *hinc* بقدر in quantum. *T.* II. 440: 15. قَدَرٌ *Act. ſign.* 2. Menſura bene determinata. *C.* 13: 18. *et* Decretum *Dei. C.* 20: 42. *hinc* قدرية Kadarii, *Nom. ſectae religioſae, quae de Dei decreto ambigit. T.* II. 390: 12. *n.* قِدْرٌ, *Coll.* قدور, *etiam* قدرة, Olla, lebes. *Gi. vti et Diminut.* قديرٌ *Kodairon*, Ollula. *Gi. fig. T.* II. 750: 7. *in Prov.* طبخ قدرا فانقلبت عليه Ollam coxit, quae ſuper ipſum inuerſa fuit: *i. e. Incidit in foueam quam fecit. T.* II. 728: 4. مِقْدَارٌ, Quantitas. *ſpec.* iuſta et competens. *C.* 13: 9. *et* Spatium. Menſura. *Gi. annorum C.* 32: 4. *etiam de vero honoris pretio. H.* 4: 24.

قَدَسَ *in* I. *deperditum, vic. H. et Aram.* קדש, *forte pp.* Triuit, poliuit, *dein* nitidauit: *mox in* II. Purificauit: ſanctificauit. con-

conſecravit. *cca. vnde* الارض المقدسة Terra ſancta. *C.* 5: 24. *quae etiam dicitur* اماكن المقدسة *T.* II. 6: 5. *item* Sancto puroque benedixit. *cc* ل *p. C.* 2: 28. قُدْسٌ Puritas, ſanctitas. روح القدس *dicitur Muhammedanis* Angelus Gabriel. *C.* 5: 109. *et* حظيرة القدس ſeptum ſanctitatis, *i. e.* Paradiſus. *Gi. T.* 102: 5. قُدُّوسٌ Valde purus ſanctusque et ſumme benedictus. *eſtque hinc* Nomen veri Dei. *Gi. C.* 59: 24.

قَدَعَ *Fut.* A, *pp.* In naſo percusſit haſta *admiſſarium camelum equumve. cca. quod minus nobili fit. Ca. dein tranſlate* 2, Refrenavit, inhibuit, compeſcuit *cupiditates effrenatas. H.* 1: 20. *n.*

قَدَمَ, *Act.* قُدُومٌ *et* مَقْدَمٌ, *Fut.* O, *H. et Aram.* קדם, Praeceſſit, praeivit, *ut dux, antiſtes. cca. C.* 11: 100. et *Intrans.* Prior fuit. *ſic.* ابناء الاقدمون Proavi. *C.* 26: 76. *eodem modo forma intens.* اقدم Prior *T.* II. 86: 9. *inde ipſum Verbum* Praeſtitit, potior fuit. *Gi. cc* علي *T.* II. 86: 6. 2, *med. Kesr.* Venit advenit *ex itinere &c. cc* من *ſic Act.* قدوم Adventus. *T.* 342: 10. *uti et Act.* مقدمة *T.* 592: 15. *pec. notione bellica* Obviam ivit *alicui cum exercitu. cc* علي *p et* ب *r. T.* 442: 1. 3, *med. Damm. Fut* O, Praeceſſit tempore, antiquus, *quin et* aeternus fuit. *inde* قديم Antiquus, vetus. *H.* 6: 258. *ſic et* قديم هجرة Antiquus annorum, ſenex. *T.* 30: 5. *et Adverb.* قديما Olim. *Gi. T.* 80: 7. II. *Trans. Coni.* I. *ſign. cuiusvis.* Praecedere et praeire iuſſit. *unde* مقدم Praepoſitus, dux, princeps. *T.* II. 368: 9. *item* Praecipuo loco habuit, *T.* 64: 6. *ſic et pec.* Praefecit aliquem *exercitui ccap et* علي *r. T.* 134: 2. *item* Obtulit, praebuit, *rem alicui ccar et* ل *p. aut c* الي *p. T.* 318: 4. *vnde* تقديم, *foem.* ة, *etiam* تقدمة, *Coll.* تقادم, Oblatio, munus. *T.* 534: 10. *etiam* Prior fuit, praeceſſit. *Mar. hinc part. act. uſu ſubſt.* مقدمة Anterior et prior pars *rei. Gi. T.* 608: 14. *ſignata autem in Corano phraſis eſt* ما قدمت ايديهم Quod praemiſerunt manus eorum, *i. e. quae bona hoc in mundo fecerunt opera, vt mercedem in altero conſequantur. C.* 2: 89. *etc.* IV. Animoſus praeceſſit: audacior ivit *contra hoſtem. cc* علي *r vel p. vnde* اقدام Animoſitas, audacia, fortitudo. *Gi. ſic inſtar leonis. T,* II. 530: 7. V. *Paſſ. Coni.* II. *ſcil.* Praemiſſus fuit. *opp.* تاخر *C.* 48: 2. *binc* متقدمون veteres, *opp.* recentioribus. *T.* II. 430: 74.

item Progreſſus fuit: obuiam ivit *exercitus. cc* ل *p. T.* 604: 6. *et* Praepoſitus *et* delatus fuit. *cc* ل *p T.* II. 100: 5. *hinc* praeſtantior fuit *alio cc* علي *T.* 62: 13. *ſic Act.* تقدّم Praeſtantia. *H.* 6: 194. *etiam* Praeiuit *alicui in re quadam*, exemplum praebuit. *cc* الي *p et* ب *r. T.* 104: 9. VI. Antiqua, vetus, fuit *res. Gi. T.* 452: 11. *item* Praeceſſit, praeiuit. *Mar. H.* 6: 194. X. Praeceſſit, praeiuit. *C.* 7: 32. قَدَمٌ, *Coll.* اقدام, Pes. *et* Greſſus. *C.* 55: 41, *etiam pro* radice *montis. T.* 52: 5. *variis inſervit metaphoris: ſic* نكعوا قدم السعي Auerterunt pedem ſtudii *ab eo quaerendo. T.* 552: 19. *proferre* قدم اقدام pedem audaciae. *T.* 538: 1. زلت قدم Fefellit lapſu pes. *de lapſu in peccatum. H.* 1: 16. *n. contra* ثبوت قدم firmitas greſſus, *pro animo nullius mali ſibi conſcio C.* 16: 96. *etiam pro animo intrepido. C.* 2: 251. *item* Pes rectitudinis, *pro merito: vti* له قدم صدق عنده *i. e.* Merito ingenuae virtutis multum valuit apud eum. *C.* 10: 2. *alio ſenſu Ponere aliquem* تحت اقدامه ſub pedibus ſuis, *eſt ipſum reprimere, vincere. C.* 41: 29. قُدْمَةٌ *i. q. praeced.* قدم *ſc.* Praeſtantia, *mox* meritum. *T.* II. 810: 7. قادم *part. in foem.* ة, *Coll.* قوادم Penna anterior volucris, quales alae cuique quaternae. *Gi. T.* 322: 14. *fig.* de *exercitu. T.* II. 644: 2. مِقْدَامٌ Admodum audax et animoſus in hoſtem. *Gi. T.* II: 782: 10.

قَدَا *Fut.* O, *forte Origo in Secando pec. viam: vnde* Celeriter inceſſit *equus. et alio flexu in* VIII. *ad normam alicuius ſe determinauit*, Imitatus fuit. *cc.* ب *vel c a. Gi. H.* 5: 172. *n. ſpec. conſilia alicuius. T.* II. 530: 4. *item* Inſtitit *veſtigiis alicuius. c c* علي. *C.* 43: 22. قُدْوَةٌ Exemplar quod quis imitatur. *T.* II. 644: 1.

قَذَفَ *Fut.* I, Petiit *lapidibus*; *etiam* conuiciis. *C.* 34: 52. *in genere videtur notare* Petiit *aliquem aliqua re. c c a p. vel c* علي *p et c.* ب *r. tam in bonam quam in malam partem: ſic veritate, i. e. eam conceſſit hominibus Deus. C.* 34: 47. قذف بالحق علي الباطل Mendacium veritate proſecutus eſt. *C.* 21: 18. *item* 2, Deiecit, deturpavit *aliquem e praecipitio. c c.* من *r. H.* 3: 172. *etiam* Coniecit *metalla in ignem. C.* 20: 90. *terrorem in animos hominum. c c.* في *C.* 59: 2.

قذي

قَذِيَ *Fut.* I, *vic.* قذا *etc. in Or. Secandi: vnde in* قذي *notio feſtucae, et hinc ipſum verbum med. Kesr.* Illapſu feſtucae ſimiliſve rei affectus aut laeſus fuit *oculus. H.* 6: 202. IV. *Tranſ.* Iniecta feſtuca aut re ſimili laeſit *oculum alterius cca. Gi. tranſlate Vexavit aliquem re ingrata. H.* 6: 234. *v. n. ſic et* قَذًى Feſtuca, *aut* res ſimilis, incidens in oculum, *vel* in potum. *Gi. ſic in oculum vitae iniecta. T.* II. 738: 7.

قَرَّ, *Act.* قَرَارٌ *et* قُرَّةٌ, *Fut.* I *et* A, *H. et Aram.* קרר, Quievit, conquievit. *Gi. a re c c* من. *T.* II. 346: 5. 2, Firmiter manſit *aliquo loco*, et commoratus fuit. *cc* ب *vel* في. 3, Friguit *dies.* 4, Frigido, *i. e.* hilari alacrique, *oculo fuit ob aliquid: vti rei amatae et expetitae conſpectum. c c* ب *et c a. C.* 19: 26. *ſic et* قريـر العين *T.* 488: 7. *item Re tali* laetus euaſit *ipſe oculus. c c* ب *r. Sic gaudium, ſolatium, et contenti animi tranquillitas deſignari ſolent. C.* 20: 41. *ita et* قريرة عين *T.* 440: 10. II. *Tranſ.* Quietauit. *et* Firmauit, ſtabiliuit, *alicui regnum. cc* الي *T.* 488: 10. *etiam* Firmavit *aliquem in imperio. T.* 354: 3. *item* Confirmauit, comprobauit *rem. T.* II. 920: 11. *et* Conſtituit. *cc* ان *verbi T.* 78: 4. *dein et* Explicuit *librum. ſic* تقرير Expoſitio *T.* II. 968: 4 *quod* تقرير *etiam occurrit pro* Delectatione. *T.* 512: 18. III. Obfirmauit ſe, *pec. cum alio. vnde Act.* قرار, *Kiraron, ſpec. in bello, opp.* τῷ فرار *fugae T.* II. 122: 8 *item* Quievit. *ſic iunguntur* قرار *et* هجوع Quies *et* ſomnium. *T.* II. 240: 18. IV. *Tranſ. Coni.* I. Stabiliuit *in ſuo loco. c c a p et* في *l. T.* II. 286: 11. *etiam c c* علي *T.* 110: 9. *dein* Firmauit, confirmauit, *negotium. c c a. ſic* ratum habuit *foedus. C.* 2: 78. *item c* علي, *vnde* اقرار الكفر علي كفر fouere impietatem eſt impietas. *T.* II. 208: 14. X. Firmiter manſit *mons. C.* 7: 140. *et* commoratus fuit, ſtabilem habens manſionem, *aliquo loco. c c* في. *T.* II. 206: 17. *vnde part. paſſ.* مستقر Firma ſedes et manſio, vbi quis agit reſidetue. *Gi. H.* 5: 84. *n. ſic de Vtero. C.* 6: 98. *de paradiſo terreſtri. C.* 2: 34. *et coeleſti. C.* 75: 12. *pec. notat* firmam ſedem *ſeu* tempus fixum *quo adimplenda eſt praedictio Prophetica. C.* 6: 66. قَرَارٌ *Act. Coni.* I. *et* Firma manſio. *ſic de vtero. C.* 23: 13. *de Gehenna. C.* 14: 31. *de paradiſo. C.* 40: 42. *item* ſtabilis locus. *C.* 14: 31. *pec.* in depreſſiore terra

vel planitie. *T.* II. 290: 12. قسوة *Act. ſign.* 4. Hilaritas, gaudium. *ſic* قرة اعين *C.* 25: 74. قوارير, *Coll.* قوارير Ampulla, qua vinum et ſimilia continentur, *pec.* vitrea. *C.* 76: 15. مستقر Locus, *pecul.* firmus, quo quis quieſcit. *T.* 86: 9.

قرأ, *Act.* قرأ et قراءة, *Fut.* A et O, *H. et Ar.* קרא, *vic.* قرا קרה, *Or in Pellendo; hinc impellere vocem, eſt alta voce legere; ſic* Legit *librum*, *c c a vel c* ب. *C.* 96: 1. *etiam* Praelegit *alteri*, *et* docuit *c c* علي *p. et c c a r. T.* II. 120: 3. *ſpec. Coranum. H.* 2: 90. *quo ſenſu et* قراءة *Act. eſt* praelectio huius libri. *T.* II. 870: 7. *peculiari vſu* قرأ عليه السلام Dixit illi ſalutem. *Gi. Cor.* 2, Menſes habuit, eosque abſoluit ab iis libera *mulier Gi.* IV. *Tranſ.* Legere iuſſit, legendum dedit. *c c g a. C.* 87: 6. *vnde Act.* اقرا Lectio. *T.* II. 800: 2. قرء, *Coll.* قروء, *Act. ſign.* 2, Fluxus menſtruus mulieris. *item* Puritas a menſibus. *et* cum horum finitus eſt fluxus. *et* Tempus vtriusque ſtatus. *C.* 2: 228. قاري, *Coll.* قراء, Lector. *T.* II. 158: 4. *pec.* Corani. *Gi. T.* II. 870: 6. قرآن *Act. ſign.* 1. Lectio. *pro idiomate*, *C.* 12: 2. *inde pec.* Liber Muhammedicae religionis, *qui vulgo* Coranus *dicitur. H.* 1: 26. *in quem ampliſſimus extat* 100 *voluminum commentarius Muhammedis Alzahidi Bocharii. vide T.* II. 870. *n.*

قرب *Act.* قرب, *Fut* A, *H et Aram.* קרב, Appropinquauit *tempus. T.* 28: 7. *ſic Act.* قرب وفاته Appropinquans mors ejus. *T.* 554: 7. *item* Acceſſit, adiit. *c c a. ſiue perſonas ſive res, vario tamen ſenſu: ſic* قرب مال Attigit opes alterius. *C.* 6: 153. قرب الصلوة Inſtituit preces. *C.* 4: 46. قرب الله In honore fuit apud Deum. *C.* 12: 60. Adiit *uxorem*, *honeſte de officio conjugali. C.* 2: 183. 2, *Med. Damm. Fut.* O, Propinquus *illi*, *et* prope *illum*, fuit. *c c* من *r vel p. T.* II. 206: 13. II. Adduxit, admovit, propinquum effecit. *c c a. C.* 34: 36. *ſpec.* Fecit *aliquem* interioris admiſſionis miniſtrum. *T.* 134: 3. *qui et in part. paſſ.* مقرب *dicitur. C.* 3: 40. *item* Obtulit *Deo victimam. c c* ل *p et a r. C.* 5: 30. 2, In vaginam thecamve recondidit *enſem.* Compedibus vinxit *manus pedesve alicuius. ſic* مقرب *C.* 38: 37. III. Propinqua euaſit *res. T.* II. 152: 2. *et* Prope fuit *ut hoc faceret. c c* ان. *T.* II.

414: 5. V. Aditum affectauit *ad aliquem. T.* 318: 10 Acceſſit *ad Deum*, *eumue* propitiare ſibi ſtuduit, *victima. cc* الي *p et* ب *r. fig. T.* II. 174: 1. VI. Propinqui fuerunt inter ſeſe *exercitus. T.* II. 848: 4. *etiam* متقارب *de literis pronunciatione vicinis T.* II. 914: 10. VIII. Propinquus evaſit. *de morte. C.* 7: 184. *et* Appropinquauit. *cc* الي *pec. ad Deum. C.* 96: 19. قُرْب, قُرْبَة, قُرْبي, *et* قَرَابَة, Propinquitas, familiaritas. *H.* 2: 62. *etiam* vicinia *loci. T.* 42: 10. *in accus.* بعدا وقربا Eminus et comminus. *T.* II. 318: 6. *etiam* Cognatio, affinitasue *Gi. C.* 9: 114. *unde* ذو قرابتي Propinquitate mihi iunctus eſt. *T.* II. 338: 18. قراب, *Kirabon*, Vagina *ſeu* theca, in qua enſis cum vagina et ornamentis cuſtodiae ergo reponitur. *Gi. fig. Habuit* قرابه رقابهم colla eorum loco vaginae. *T.* II. 830: 2. *ſic et pro* قرات *legendum T.* 188: 12. *ubi itidem fig.* Vagina tenebrarum. قَرِيب, *foem.* ة, *Coll.* اقارب *et* اقربون Propinquus. *ſic* اجل قريب ſpatium breue. *C.* 63: 10. *etiam de re quae facilis eſt acquiſitu. C.* 9: 42. *pec.* Propinquus cognatione vel affinitate. *H.* 1: 16. فيما هو قريب Propediem. *Tim.* عن قريب *idem. T.* 492: 11. *et* من قريب Proxime, quam primum. *C.* 4: 21. اقرب *form. intens. idem quod* قريب *C.* 17: 59. قُرْبَان, *Coll.* قرابين, *Act.* Appropinquatio: *pec. ad Deum. C.* 46: 27. *dein* Oblatio, quod offertur Deo: ſacrificium, victima. *C.* 5: 30. *fig. T.* II. 174: 2. *etiam* ſacrificium *ad ſepulcrum alicuius oblatum. T.* III. 918: 10.

قَرَحَ *Fut.* A, *pp. Scaturiuit aqua: hinc et de vulnere*, Vulnerauit, exulcerauit. *cc a. vnde* مقروح Exulceratus *animus. T.* 512: 15. *ita et* قريح *T.* II. 664: 2. *peculiari vſu* 2, Dentitionem omnem abſoluit, aut quatuor dentes, primoribus et proximis ſuccedentes, emiſit, *ſeu* quinquenne euaſit. *ſolidae vngulae animal. hinc* قارح Quinquennis, *vel* annoſus equus. *H.* 6: 192. *vnde* جذع وقارح tirones et veterani, milites *T.* 68: 8. *n.* VIII. Petiit, poſtulauit *aliquid: pec.* importune et citra neceſſitatem ac temere. *cc* علي *p et ar. Mar. T.* II. 104: 11. *pec. ut* ex tempore, non praemeditatus, *ſermonem haberet diceretue carmen. T.* 342: 13. قَرْح, *Coll.*

قروح Vulnus cicatrixue, et ulcus *Gi. C.* 3: 134. *fig. Expellere materiam corruptionis* من قروح مملكة e vulneribus regni. *T.* II. 208: 12. قَرَاحٌ Limpida ac pura, nulli rei permixta, *aqua. G. T.* 496: 11. قَرِيحَةٌ, *Coll.* قرايح, Prima e puteo ſcaturiens aqua. *T.* II. 562: 8. *hinc* Ingenium et naturalis induſtria ad aliquid faciendum agendumue. *Gi.* H. 2: 98. *n. pec.* Vena nobilis, felicioris ingenii vis. *T.* 524: 4. *vnde et* جمود قريحته Congelatio venae eius, *pro ſtupiditate. T.* 94: 15.

قَرِدَ *Fut.* I, Criſpa fuit *coma. ca.* قِرْدٌ, *Coll.* قِرَدَةٌ *et* قُرُودٌ, Simia mas. *Gi. C.* 2: 61. *hinc adſcendere ſummitates* كالقردة ſimiarum ad inſtar. *T.* II. 416: 12. *fig.* ذباب وقرود Muſcae et ſimiae, *pro militibus meticuloſis, opp. lupis et leonibus. T.* II. 752: 3.

قَرَشَ *Fut.* I *et* O, Collegit vndique. *hinc nonnulli derivant* قُرَيْشٌ Nom. familiae Arabicae: *ſcil.* filii Nadri fil. Kinanae: ex qua natus fuit Muhammed. *etiam* Tota illa tribus Coreiſchitarum, quae etiam familias ſuperiorum patrum continet. *vid. de illa Schol. ad Caab ben Zob. V.* 52. *quae tribus quum omnium Arabicarum ſit nobiliſſima, hinc* قريش الترك Coreiſchitae Turcarum, *dicuntur pro Turcis nobiliſſimis. T.* 62: 12. *abierunt et in Proverb. Praevertere ad aquam* كصناديد قريش veluti duces Coreiſchitarum. *T.* II. 244: 6. *vid. Hiſtoriam ad quam hic alluditur in not. ad T.* 574. *etiam ab iis denominatum eſt Cap. Coran.* 106. قرشي Carſchi, *Vrbs Tranſoxaniae T.* 42: 5, 7. *v. n. alias Perſis dicitur* نخشب *Nachſcheb, Arabibus Naſſaf, vide T.* 82: 7.

قَرَصَ *Fut.* O, *H. et Ar.* קרץ *vic.* قرض, *pp.* Digitis duobus prehenſum compreſſit: *Belg.* nypen. *cca. inde* قُرْصٌ Cruſtulum panis, orbiculus. *T.* 502: 10. *et per ſimilitudinem* Diſcus orbisue ſolis. *Gi. fig. T.* II. 474: 5.

قَرَضَ *Fut.* I, *vic.* قرص, קרץ, *pp. Vellicando* ſecavit, incidit, *vinculum, et glis* rodendo *veſtem. T.* II. 902: 17. *item* Reſecuit. *cca. hinc* قرضته ذات الشمال Reliquit eum *locum* ad dextram. *C.* 18: 16. *alio flexu* Reſecuit, occidit *aliquem. T.* II. 330: 5. 2, Retribuit, penſavit. *ccga. hinc* II.

tum

tum Laudavit *ſocium*, laudibus extulit, *pec.* vivum. *cca tum* Vituperavit. *cca. T.* II. 46: 4. IV. Mutuo creditoque dedit. *ccga. C.* 57: 17. VII. *Paſſ.* τῆς I. *pec.* Nullo ſuperſtite periit *familia*, exciſa et extincta fuit. *T.* II. 862: 6. قَرْضٌ, *Coll.* اقراض, *Act. et* Aes alienum. *etiam.* Quod mutuo *vel* foenerato accipitur. *C.* 57: 17. *ſpec. in Coll. pro* rebus ſacris. *T.* 306: 6. قريض *part. Inciſus: dein* carmen *H.* 2: 92. *n. item.* Id quod camelus ruminando e ſtomacho reddit. *Gi. hinc Prov.* حول الجريض دون القريض *pro* Extrema Anguſtia. *T.* II. 102: 14. *v. n.* مِقْرَاضٌ Forfex. *Gi. fig. Amputare antias ſervitutis* بمقراض الاعتاق forfice manumiſſionis. *T.* II. 108: 5.

قَرَطَ *Aram.* קרט, Secuit in partes *porrum* ollae indendum. *cca.* quippe *quod* قرط *Kirton et* كراث *Ch.* כרש *dicitur. item* 2, *med. Keſr.* Duos auris lobos pendulos habuit *hircus.* *notione ducta a* قُرْطٌ, *Coll.* اقراط, Inauris. *Gi. fig.* Exornare ſe inauribus mandatorum, *i. e. mandata laete recipere. T.* II. 460: 13. *in Proverb. abierunt* قرطي مارية Inaures Mariae, *pro rebus pretioſiſſimis. T.* II. 904: 1. *v. n.* قِيرَاطٌ κεράτιον, ſiliqua: *ſcil.* bacca ſiliquae dulcis: *ſeu proprie* ejus pondus ita dicitur, quod eſt 4 granorum. *Gr. hinc ponitur pro re pauca et exigua. vnde Librare pondera montium* بقيراط المثقال ſcrupulo *T.* II. 250: 12. قِرْطَاسٌ, *Coll.* قراطيس, Charta. *C.* 6: 7, 91.

قَرَعَ, *Act.* قَرْعٌ, *Fut.* A, *H.* קרח *et* קרע, *pp. Quaſſit, quasſavit: hinc* Pulſavit *fores. cca. i. e. in genere aditum ſibi ad rem paravit: ſic* باب الفرج oſtium gaudii *H.* 3: 180. *n.* باب السلطنة fores regni. *T.* II. 682: 6. *et* باب الجدال portam pugnae. *T.* 588: 12. *etiam* Pulſavit *aures minis hortationis. H.* 1: 10. *et* Pulſavit inſtrumenta Muſica. *T.* 262: 9. *item de percuſſione graviore: hinc* قارع الصفاة Perfractor ſaxi, *eſt adagiali locutione is qui rem difficilem valet efficere. H.* 6: 198. *n.* 2, Inivit *camelus camelam, vaccam taurus. cca. inde* قريع *eſt* Admiſſarius camelus. *dein* Heros. *H.* 6: 198. 3, Vacuum, *et excuſſum quaſi*, pecoribus fuit *manſionis atrium. H.* 3: 132. *dein et* 4, Calvus fuit. *vnde form. intens.* اقرع Calvus, cui de-

defluxit capillus per morbum. *T.* II. 682: 4. قَارِعَةٌ Adverſitas, malum: *quaſi commovens et percellens* *T.* II. 970: 12. *et cum* ال, Dies Iudicii: *eſt Nomen Cap. Coran.* 101.

قَرَفَ *Fut.* I, Decorticavit, detracta eſchara nudavit *vlcus. Gi. in* IV. Viliori genere, ignobili ſtirpe patris, licet nobili materna, natus fuit *equus. vnde* مُقْرِف *etiam de homine*, Servo patre, libera matre natus *Meid.* *T.* II. 86: 5. VIII. *i. q.* اكتسب, Lucratus fuit. *C.* 42: 22.

قَرَمَ *H. et Ar.* קרם, *pp. Secuit, incidit: pcc.* Reſecta de naſo pellis parte ſignavit *camelum. et ita notabiliorem effecit. inde* قَرْمٌ, *Coll.* قُرُومٌ, Admiſſarius camelus, in pretio habitus, nullo tactus fune. *et hinc* Dominus, familiae princeps. *Gi. etiam* Heros bellicus. *T.* II. 214: 9. قِرَامٌ *Inciſura, dein res inciſis notis diſtincta aut variegata:* Velum figuris pictum. *et* Veſtis lanea colorata et picta. *Gol. in genere autem notat* tegumentum *quodcunque: vnde* قِرَامَان duo tegumenta, *in lignis ſunt* vterque cortex, *exterior et interior. hinc locus T.* 230: 10. *vertendus: Perrumpere* قرامي اخشاب احساب آكاسرها vtrumque corticem lignorum honorum *Cosroum eius, h. e. omnem eorum dignitatem et honorem violare.* قَرْمَدٌ *Cb.* קרמיד, Genus lapidis, quod ſuper accenſo igne mollescit, et pro gypſo illinitur. *Gi. etiam ipſum* Gypſum *Ca.* *T.* II. 702: 10.

قَرَنَ *Fut.* I, *H. et Cb.* קרן, Iunxit *vnum alteri, animatum vel inanimatum. c c a p. et* ب *r. fig.* قرنه بتوامه Iunxit eum, *denarium*, gemello ſuo. *H.* 3: 174. *etiam c c* مع. *T.* 502: 4. II. Plura ſimul iunxit: *ita* complures captivos colligavit *vno fune. c c a p. ſic* مقرن *part. paſſ. de impiis poſt hanc vitam C.* 14: 50. III. *i. q.* صاحب, Conſociavit *vnum cum alio. c c a p et* ب *r: et* Vna cum altera conjuncta fuit *ſtella. c c a p. ſive* Felicem *vel et* infortunatum reddidit *aliquem hacc ipſius conſtellatio. ſic de fortuna adverſa T.* II. 484: 5. *etiam de optato rei exitu. H.* 3: 150. *n.* IV. Potis fuit, praevaluit *c c* ل *C.* 43: 12. VI. Semet gregatim coniunxerunt. *T.* II. 848: 5. VIII. *Paſſ. Coni.* III, Conſociatus, coniunctusque et immediate ſecutus fuit. C. 43: 53. قَرْنٌ, *Coll.* قُرُونٌ, Cornu animalis. *item*

item tractus et extremitas *terrae. hinc* ذو القرنين δίκερως; bicornis. *C.* 18: 82. *ſqq. ſub quo titulo nonnulli* Saabum Ibn Rayiſch, *aut* Schamarem Jaraaſch, *Arabiae felicis reges, intelligunt, Schult. Hiſt. Joctan. p. 6 et 26. alii vero* geminum *regem* Alexandrum, *Herbel. p.* 317 *et* 992. *ſq. aut et* Chederum *prophetam*, *Abrahami conſanguineum*, *id. p.* 951. *alii denique* Afridunum Ibn Asphian, *ſextum Perſarum regem, vide Ismaël Ibn Ali ap. Marac. plerique vero* Alexandrum Magnum. *T.* 498: *6. Orientis et Occidentis dominum; appellatione deſumta a gemino ſolis* قرن *ſcil.* المشرق والمغرب, *monente Abulphar. p. 96. dein* 2, قرن, *Cornu*, *tranſlate* ſuperna abſis *ſolis*, pars orbis ſolaris primum exoriens: *vel* Radii *ſolis: ad quod alluditur H.* 5: 162. *n. item* Turris. *ſic* قرنان شامخان duo cornua praealta, *ſunt* turriculae *ſ. apices in acutum deſinentes et ad inſtar cornuum ex ſtructura prominentes, quibus inſignitum erat ſeptum praetorii Timuri, inde* ذو القرنين bicorne *dictum. T.* II. 412: 4, 6. *etiam* 3, Aetas. *Gi. quia aetas animalium quorumdam, ut boum, ex eorum cornubus cognoſcitur. aut* Annus. *Ca. T.* II. 82: 2. tempus plurium annorum: *ſpec.* Centuria, ſeculum. *T.* 6: 5. *et* Generatio hominum. *C.* 23: 32. قِرْنٌ Compar, ſimilisve, in arte, fortitudine, pugna. *Gi. H.* 6: 198. قِرَانٌ *Act. Coni.* III. *in genere*, cum duo ſimul ſunt *vel* fiunt: *ſic ſpec.* Siderum coniunctio: *ſpec.* felicior. *unde* صاحب القران Dominus felicis conſtellationis *dicitur magnus aliquis mundi dominus: qui titulus ſpec. tribuitur Timuro ejusque poſteris T.* 28: *6. etiam* قران Coniunctio ſiderum infauſtorum, *Saturni et Martis. T.* II. 470: 6. *n.* قرين, *Coll.* قرناء *et* أقران, Coniunctus: ſocius, aequalis. *ſic leg. pro* قريب *e Mar. et Mſ. C.* 4: 42. *coll. C.* 43: 35. *etiam* Aemulus. *T.* 390: 8. *ſic* قرين جدال Adverſarius in colluctando. قرينة Socia: *ſpec.* vxor. *etiam* Anima. *T.* II. 422: 10. *H.* 6: 198. قارون Karun ob divitias in Oriente celebris, Korah *dictus Num.* 16. *C.* 28: 76. *hinc Prov. Multitudine divitiarum* فاق قارون ſuperavit Karunum. *T.* 494: 3. *n.*

Q. قَرْنَصَ *quod et* قرنس Acquiſivit tenuitque in uſum

ſuum venandi ergo *accipitrem. item* Plumas mutavit *accipiter. vnde* قرناص Venatio. *T.* II. 906: 9.

قرا *Fut.* A, *vic.* قرا קרא et קרה *in Orig. Pellendi: hinc Propulit ſemet*, Intendit, contendit. *Ca.* etiam *Compulit, collegit; vnde* 2, *vlt.* ي *Fut.* I, Hoſpitio et beneficentia excepit *amicum. c c ap. H.* 5: 130. X. *idem. Gi. T.* II. 188: 14. *ab hac notione* قرى *Act. eſt* Hoſpitalitas *etiam.* Id quo excipitur hoſpes, cibus *etc. H.* 3: 130. *fig. de* قرا الاعادي Exceptione hoſtium *cuſpidibus ad menſas confoſſionis. T.* II. 240: 14. قرية et قرية, *Coll.* قرى *H.* קריה Vrbs. *c.* 7: 80. *vnde* القريتان, *Geminae vrbes, abſolute pro Mecca et Thaïf. Gi. C.* 43: 30. *vide Marac. vnde* ام القرى Mater vrbium *pec. dicitur Mecca. H.* 5: 128. *v. n. item* قرية Pagus, uilla, *opp.* τῇ مدينة *vrbi. T.* 426: 10. مقرى, *Coll.* مقارى et مقار, Vas hoſpitale, quo hoſpites excipiuntur. *Gi. H.* 3: 130.

قز *quod et* خز, *Perſicum* قز كز Sericum. *pecul.* e folliculis factum, e quibus eruperint bombycum papiliones. *Gi. vnde* دود القز Bombyx. *fig.* Texuit, bombycis ad inſtar, rete mortis ſuae ſuamet manu. *T.* III. 728: 4.

قزح *Fut.* A, *pp. Sparſit, inde* Liquorem ſtillatim emiſit *olla. porro a Spargendo nata eſt in* قزحة *ap. Gigg. notio* Variorum colorum; *et hinc* قوس قزح *dicitur* Arcus coeleſtis, Iris. *Gi. fig. T.* II. 382: 18.

قزل *Act.* قزل, *Fut.* I, Salivit, aſſilivit. *Gi.* 2, *med. Keſr. Fut.* A, Deformiter claudicavit: *vel* inceſſit ac ſi pes truncatus *et* huc illuc vacillans. *ſic Act.* قزل claudicatio, *et quidem* deformis. *H.* 3: 178.

قس Petivit, quaeſivit: proſecutus, ſectatus, fuit *rem. c c a.* قس et قسيس, *Aram.* קשיש (*a* קשש Conſenuit) Senior, presbyter chriſtianus: epiſcopus. *Gi. C.* 5: 85.

قسر *Act.* قسر *vic. H. et Aram.* קשר *in orig. Stringendi, conſtringendi; hinc* Invitum et vi adegit *ad aliquam rem. c c ap et* على *r. hinc et Act.* قسر Violentia. *T.* 396: 2. *et Adverb.* قسرا Violenter. *T.* 532: II. *Inde et* قسورة Leo. *ſic in*

Prov.

Prov. Aſini ſylveſtres fugientes a Leone. *C.* 74: 51.

قَسَطَ. *Act.* قَسْطًا, *Fut.* I, קשט et קֹשֶׁט, *or. in Rectitudine pedis nulla curvatura flexi: vnde tranſlate adhibetur de praefracte rigidis, obſtinatis, infidelibus; hinc* A iuſto deflexit, iniquus fuit. *Gi. ſic.* قاسط *C.* 72. 14. *alia tranſlatione dicitur de flectere nescio, iuſto: ſic forma intens.* اقسط *C.* 33: 5. *hinc Act.* قسط *i. q.* عدل Iuſtitia. *C.* 3: 16. *pec.* Rectitudo trutinae, lancis. *C.* 21: 48. *etiam* Quod ſuſtentandae vitae a Deo conceditur. *Ca. C.* 4: 126. *inde et* IV. Iuſtus et aequus fuit. *T.* II. 970: 2. *item* قُسْطَاسٌ Trutina, ſtatera: eaque magna et recta. *Meid. C.* 17: 37. قَسْطَلٌ, *quod et ſcribitur* قصطل, *Coll.* قساطل, Pulvis *Gi. T.* 256: 4.

قَسَمَ *Fut.* I, *H. et Ch.* קסם, *pp. Secuit, ſecando* Diviſit in partes *rem. cca. ſic* مقسوم *C.* 15: 44. *ſic et* قسيم *legend. T.* 430: 7. *dein* Partitus fuit *inter alios. ccar et* على *p. T.* 136: 14. *vel* بين *p. C.* 43: 31. II, Diviſit, dividendo donavit. *C.* 51: 4. III. Diviſit *cum alio rem. ccga. T.* 58: 15. *et* Iusiurandum dedit, eo alligavit fidem *alteri. ccap. C.* 7: 20. IV. Iuravit *per Deum. cc* ب *Gi. C.* 5: 58. VI. Partiti ſunt *opes inter ſeſe. cca et* بين *p. T.* II. 694: 1. *et* iurarunt inter ſe, iuramento invicem adſtrinxerunt. *T.* 28: 10. VIII. *i. q. ſign.* 1. Diviſerunt inter ſeſe. *T* 82: 14. *peculiari ſenſu* مقتسم Schismaticus. *C.* 15: 90. X. Voluit ut partitio fieret, ſuamque petiit portionem, ſagittarum iactu: *quo uti Arabes pagani ſolebant. Gi. C.* 5: 4. *conf. de hoc ritu Pocock. ſpec. p.* 327 *ſq.* قِسْمٌ Portio, ſors. *T.* II. 894: 9. *etiam* Pars diviſae rei. *pec.* bonae. *Gi. ſic* قسمي العلم والعمل Vtraque pars theoriae et praxeos, *i. e. quidquid valet ars. T.* II. 368: 3. *cum* ة, قسمة Partitio. *C.* 4: 9. *vel* Res dividenda. *Ca. C.* 54: 28. قَسَمٌ *et* قسامة Iuramentum, iusiurandum. *T.* 108: 3. *per auroram et noctem. C.* 89: 4. *per ſtellas occidentes. C.* 56: 75. مُقْسَمٌ, *Coll.* مقاسم, Locus diviſionis et diſtributionis. *Gi. T.* 474: 1.

قَسَا, *Act.* قَسْوَةٌ *et* قساوة, *H. et Aram.* קשה, *pp. Radi, raſilem eſſe: vnde notio duritiei rei raſilis; hinc tranſlate* In-

duruit craſſumque fuit *cor alicuius. C.* 57: 15. *ſic et part.* قاسي, *foem.* قاسية, durus. *C.* 22: 52. *etiam de loco inexpugnabili. T.* 532: 3. قسوة Durities *ferri. T.* II. 32: 9. قساوة Durities, *pro dura ac adverſa fortuna. T.* 140: 14. *et in forma intenſ.* اقسي. *Cor.* اقسي من الحجر ſaxo durius. *T.* II. 922: 7. III. *i. q.* كابد Obduruit, obduravit ſe, *contra rem*, pertulitque *eam. cca. T.* II. 144: 8.

قَشَرَ *Fut.* I, Decorticavit. قَشْرٌ, *Coll.* قشور, Cortex. *fig.* Cortex, *oppoſ. nucleo*, *pro re nihili. T.* II. 508: 12. قشرة Tunica et operimentum rei, *vel* naturale *vel* accidentale. *fig.* جمل قشرته Pulchrum effecit corticem eius, *i. e. novam ei veſtem donavit. H.* 1: 110. *n.*

قَشَعَ *Fut.* A, *i. q.* كشف, *origo videtur in Diſpergendo; hinc* Detexit, dispulit, discusſit *ventus nubem. cca.* IV. *Paſſ. conj.* I. Discuſſa fuit *nubes. ſic* Nubes fulguratrix vento pulſa *transfertur ad fruſtrationem ſpei. T.* II. 56: 9. V. *idem. fig.* Nubes velorum discuſſae a ſolibus pincernarum. *T.* II. 276: 15. IV. Q. اقشعرّ Horrore correpta fuit tremuitque *cutis. Gi. C.* 39: 24. *homo. T.* 296: 8. *fig.* اقشعرت Horripilarunt *cutes pinnis ſagittarum veſtitae: uti legend. T.* 394: 1. قَشْعَمٌ, *Coll.* قشاعم, Annoſus vultur, vir. *Gi. etiam de militibus veteranis, uti pro* قشاغم *e Mſ. leg. T.* II. 22: 8. *ſic et* قَشْعَمَانٌ Vultur mas et magnus *vocatur Timur T.* 518: 7.

قَشِفَ, *et med. Kesr.*, *Act.* قَشَفٌ, Foedatus fuit color *faciei vel ipſa* facies: *uti* ex ardore ſolis, *vel* paupertate, morbo, afflictione; non ex munditiei neglectu. *hinc. Act.* قشف Squallor, marcor, *et* foedatus corporis color habitusve. *item* Miſer et anguſtus *vitae* ſtatus. *Gi. H.* 6: 246. *n. inde* V. Tenui victu ac groſſiore ſordidoque amictu toleravit vitam: *Gi. ſpec. religionis gratia. T.* II. 926: 7.

قَصَّ, *Act.* قصّ *et* قَصَصٌ, *Fut.* O, *vic.* قضّ *H. et Ar.* קצץ, *in Or. Scindendi: ſic* Totondit, praecidit, forfice *capillum*, *ungues. cca. Gi. fig.* قص جناحه Praeciſa fuit ipſius ala, *pro debilitatis viribus. T.* 186: 4. *dein* 2, Sectatus, proſecutus fuit *veſtigia alicuius. cca. C.* 28: 10. 3, Expoſuit, narravit. *ccar et* علي *p. C.*

11: 102. *vnde* قاص Narrator, recitator hiſtoriae. *Ca. pec.* recitator *Corani.* *T.* II. 944: 7. *inde et Act.* قصص *ipſa* Hiſtoria. ſermo. *C.* 28: 25. *et Nom. cap. Coran.* 28. Retaliavit. *et* Coaequavit rationes. *c c ap. hinc Act.* قصاص, *cum prima Kesr.* Talio. *C.* 5: 49. IV. *Tranſ. coni.* I. *ſign.* 2. *pec.* Prope adduxit *aliquem ad mortem. c c ap. et* من *r. ut fuſtigando, etc.* *T.* 478: 3. VIII. Vindictam talione cepit *de aliquo c c* من. *T.* 8: 2. *et pro alio iniuriam paſſo. c c.* ل *Gi. T.* 344: 14. قصّة, *Coll.* قصص, Res geſta, negotium. *H.* 6: 206. *pec.* conſcriptum: Hiſtoria. *Gi. T.* II. 916: 3.

قصب, קצב, *Secuit: ſpec.* Diſſecuit *ovem* in membra, *lanio. c c a. vnde* قصّاب Lanio. *Gi. fig.* قصاب الاسي Lanius calamitatis *dicitur ſal ſuum ſpargere ſuper vulnus plagae alicuius.* *T.* II. 278: 10. *dein, a ſecando,* قصب Arundo, calamus. *et* ſimilis ei res fiſtuloſa. *T.* 476: 3. *item Coll.* Panni linei ſubtilioris genus quod in Aegypto texitur. *Gi. T.* II. 418: 17. *fig. Veſtis cuius tela* pannus lancearum قصب الرماح *T.* II. 24: 6. *etiam* arx. *T.* II. 358: 6. *ſic et Nom. Unit.* قصبة Arundo. *vnde Prov. Portio* اقل من القصبة arundine levior. *T.* 72: 4. *item, Coll.* قصبات, Oppidum. *Gi. T.* II. 286: 4.

قصد *Fut.* I, *pp.* Tetendit: *hinc* Intendit, propoſuit ſibi. *c c a*, *vel c* ل *vel c* الي *etiam c c* ل *T.* 38: 14. *inde* مقصود Propoſitum, quod quis intendit. *Gi. T.* 138: 10. *dein* Tetendit, Ivit *ad locum T.* 182: 4. *hominem,* adiit *eum. T.* 20: 5. *hinc* قاصد, *Coll.* قصاد, *Koſſadon, peculiari uſu* Nuncius, legatus. *T.* II. 432: 10. *item* قصد Invaſit hoſtiliter. *T.* 280: 6. *etiam* Petiit *aliquem, ſpec. ad illum conſulendum in re difficili. c c a r. T.* 20: 2. 2. *Intranſ.* Propinquus fuit. *C.* 9: 42. *et* Modum rectum tenuit. *Gi. ſic* اقصد في مشيك Ito recta et media via. *Gol. C.* 31: 18. *ita et abſolute* VIII. *C.* 35: 29. *etiam* Haeſitavit dubius quidnam eligeret. *C.* 31: 31. قصد *Act. Coni.* I. *ſic* قصد السبيل Directio in viam rectam. *C.* 16: 9. *dein Adverb.* قصدا Ad, verſus *aliquem T.* 608: 5. *etiam* Dedita opera. *T.* 630: 11. قصيدة, *Coll.* قصايد, Poëma. *Gi. ſeu ſpec.* Idyllium. *T.* II. 246: 3. *de quo carminum*

Arab. genere conſ. Jones Comm. poëſ. Aſiat. p. 78. مَقْصَدٌ Locus, quo tenditur. *T.* 136: 16. *etiam* Scopus, propoſitum. *T.* 386: 7.

قَصُرَ, قَصَرَ, *Act.* قَصْرٌ قَصَرٌ *et* قُصُورٌ, *H. et Aram.* קצר, *pp. Secuit, reſecuit, hinc* Diminuit, abreviavit. *ita et ſpec.* Diminuit *de precatione, ſcil.* faciens inclinationes tantum duas loco quatuor. *cc.* مِن. *Gi. C.* 4: 102. 2, Determinavit, reſtrinxit, *rem ad* certi *quid, vel* ad terminum, quem non exceſſit. *cca et* علي *ſic* قصر نظره عليها Oculum unice in eam intendit. *T.* II. 718: 5. 3, Demiſſos continuit oculos *mulier*, neminem reſpiciens praeter maritum. *vnde* قاصرة الطرف *pec. dicitur puella paradiſiaca. C.* 55: 56. 4, Continuit, retinuit, concluſit. *cca. hinc* مقصورة Domi cuſtodita et quae non prodire ſinitur *mulier. C.* 55: 72. 5, *Intranſ.* قصر *Reſectus fuit: dein* Defuit, impar fuit *rei. T.* II. 430: 11. *hinc Act.* قصور Impotentia. *T.* 496: 2. *et* 6. *med. Damm.* Brevis fuit. ſic قصير Brevis, *de tempore. T.* 124: 7. *peculiari phraſi dicitur* Reſectae, breves, ſunt manus alicuius, *pro diminuta eius potentia. T.* 206: 10. *ita et* قاصر اليد Qui parum valet *ſtrenuitate. T.* II. 628: 9. II. *Tranſ. Coni.* I. Abbreviavit, curtavit, *etiam crines vnde* مقصر *abſolute* Detonſus comas. *C.* 48: 27. *dein tranſlate* Minus fecit quam debuit. *item alio flexu Reſecuit, i. e.* impotentem reddidit *T.* 494: 5. *quo gemino ſenſu* تقصير *eſt* Defectus, transgreſſio officii. *T.* II. 966: 2. *aut et* Impotentia. *T.* II. 374. 4. IV. Continuit ſe, abſtinuit *a re*, cui tamen par eſſet; minus fecit quam potuit, *C.* 7: 201. IV. Brevem ſe oſtendit *aut* ſimulavit. *dein* Impar fuit rei conficiendae. *T.* II. 376: 10. VIII. *i. q.* I *ſign.* 2. Se addixit, *rei*, ea ſola contentus nec excedens eam. *cc* علي. *T.* 274: 3. قَصْرٌ, *Coll.* قصور, *Act. coni.* I. *dein* Palatium, arx. *Gi. H.* 1: 22. *fig.* شرر كالقصر Scintillae ignis inſtar arcis. *C.* 77: 32. *dein tranſlate*, Coloſſus: homo ingentis ſtaturae. *T.* 236: 5. قُصَارَى Extremitas, finis. *T.* 496: 2.

قَصَفَ *Fut.* I, *H. et Aram.* קצף, *pp. Rupit, rumpendo diffregit: pec.* Fregit *navem* quaſſando *ventus. c c a. ſic* قاصف, *foem.* ة, *Coll.* قواصف, Vehemens impetu *ventus. C.* 17: 71. *et* Vehemens fragore *tonitru. Gi.*

Gi. quocum comparatur echo tympani. T. II. 382: 14. V. *Paſſ. Coni.* I. *in genere* Fractus fuit. *T.* II. 160: 4.

قَصَلَ *Fut.* I, Secuit. *cca. vnde part.* قاصل *et* قصيل, *Coll.* قواصل, Acutus enſis. *T.* II. 384: 9, 10.

قَصَمَ, Fregit *rem pec.* ut divulſae fuerint partes. *cca. Gi. ſic hoſtem T.* II. 36: 11. *etiam* Diruit *vrbem. C.* 21: 11. VII. *Paſſ. T.* II. 762: 7. قَيْصُوم Abrotonum. *iungitur cum* شيح *abſinthio, Proverbiali locutione, pro cibis viliſſimis quibus in extrema penuria vescuntur homines. T.* II. 316: 12.

قَصَا *Fut.* O, *H. et Ch.* קצה *vic.* قضب *in Orig. Secandi, praecidendi: hinc, q. d. praecisus, amputatus fuit,* Procul deſtitit *locus.* II. Praecidit *vngues: etiam aures, vel pec.* extremis partibus. *ccap. Gi. ſic* Praecidit extremitates alicuius, *i. e. aſſeclas eius exterminavit. T.* II. 148: 12. VI. Praeſciſſus, praeruptus fuit *locus, mons. T.* 160: 7. X. Summa diligentia vſus fuit, ſummum tentavit, *aliqua in re. ccap. et* في *r. T.* II. 444: 11. قَصِيّ *et* قاص Remotus, longe diſtans, *locus, terra. C.* 19: 22. *opp. ad* دان *T.* 124: 12. اقْصَى, *foem.* قُصْوَى, *Coll.* اقاصي, *forma intens.* Longius diſſidens, extremus. *C.* 8: 43, *abſolute* اقاصي Loca remotiora. *T.* II. 314: 12. *ſpec.* مسجد الاقصى *dicitur* Templum Hieroſolymitanum, *opp.* مسجد الحرام *templo Meccano. C.* 17: 1. *et T.* 502: 2.

قَضَّ *Fut.* O, *vic.* قص *et* קצץ *in Orig. Scindendi: hinc* Perforavit *margaritam; ſicque* Comminuit *rem. cca.* 2, Perforavit *murum, eumque* perforatum iniecit *in aliquem ccar et* على *p. T.* 312: 1. IV. *notione ducta a* قص *et* قصيص *glarea,* Glareoſus, *mox in genere* Durus asper et incommodus fuit *alicui decubitus locus. cc* على *p. fig. pro fortunis asperis. H.* 3: 134. *n.* VII. Corruit *aut et* ruinam minatus fuit *murus. C.* 18: 76. Delata fuit et descendit *ſtella. fig: Irruere in aliquem* انقضاض النجوم veluti ex alto ruunt ſidera. *T.* II. 124: 14. *ſpec.* Ex alto descendit volatu ſuo irruitque in praedam *accipiter. Gi. T.* II. 30: 15. *et hinc* Diffuſi ſunt *in hoſtem equites pec. praedandi cauſa. ſic* Irruit *in aliquem ut fatum intortiſſimum. T.* 416: 12. VIII. Vitia-

tiavit *puellam. cca. T.* 298: 6. قَضٌّ Glarea major قَضِيضٌ et قَضَّةٌ Glarea minor. *Ca.* *vnde Adag.* التمييز بين القضّة والقضة Dijudicare quid diſtet argentum a glarea, *eod. ſenſu quo Horat. quid diſtent aera lupinis. H.* 6: 200. *dicitur etiam* قضهم بقضيضهم *et* بقضهم وبقضيضهم *cum glarea ſua maiore et minore, i. e.* univerſi et eorum omnes, parvi magnique, *venerunt. Gi. T.* II. 576: 2.

قَضَبَ *Fut.* I, קצב *cogn.* قصب, *pp:* Abſcidit, reſecuit. *cca. ſic in Prov.* لا خبث عوده فيقضب Non corruptum eſt lignum eius, ut exſcindatur. *H.* 6: 252. *n.* VIII. *idem.* Reſecuit *quid* ceu partem de aliqua re. *cca. T.* II. 38: 4. قَضْبٌ *Act. et i. q.* رطبة Medica herba virens: *quia in pabulum abſcinditur. Gi. C.* 80: 88. قضيب Virga, ramus longior tenuiorque. *Gi. C.* 906: 5.

قَضِمَ *Act.* قَضْمٌ *vic.* قصم *in Orig. Frangendi: hinc ſpec.* Vno oris latere, *vel etiam* anterioribus dentibus, comedit. *dein Act.* قضم Res quae hoc modo comeditur, *ponitur pro re minima, opp. ad* خضم, *vnde iunctim* قضم وخضم Res *agri* minimae et maximae, *i. e. omnis eius proventus. T.* 72: 2. *eodem ſenſu* قضيم Hordeum quod equo praebetur, *iunctum cum* خضيم Herba recens et mollis. *T.* II. 458: 8. *n.*

قَضَي *Fut.* I, *ejusdem originis cum* قصى *et* קצה *ſc. ſecuit, praecidit: inde* Decrevit, definivit: praedeſtinavit, ſanxit, determinavit. *ccar et* على *p. etiam c* لى *C.* 15: 66. *item* diiudicavit, decidit *lites. C* 4: 68. *abſolute* Damnavit. *cc* على *p. C.* 6: 8. 8. 2, Abſolvit, finivit, conſummavit. *item* Creavit. *C.* 41: 11. Executus fuit *voluntatem alicuius*, voti illum compotem reddit. *T.* 588: 14. Praeſtitit *rem debitam. cca. votum. C.* 22: 30. Solvit *debitum creditori. ccga. H.* 4: 42. قضى حق الرعاية Perſolvit officium debitum. *H.* 6: 274. *ſic et* قضا حاجته Perfecit quod ſibi facto opus eſſet: *pec.* depoſuit alvum. *Gi. ſic e Mſ. legend. T.* 362: 7. قضا العجب *Conſummavit admirationem, i. e.* تعجب ſummopere admiratus fuit قضى اجل مسمى *Abſolvit metam praefinitam, et* قضى نحبه *Conſummavit curſum ſuum, h. e.* Mortuus fuit. *C.* 6: 60. *et T.* II. 514: 3. V. Abiit, evanuit. *T.* II. 788:

788: 14. *item* Salvus evaſit *e periculis. cc* عن *T.* II. 442: 7. VI. Efflagitavit, exegit, *etiam* accepit, *debitum. cca.* يتقضي حوايجها Collegit eius excrementa. *vide Conj.* I. *ſign.* 2. *T.* II. 722: 4. VII. *Paſſ. Conj.* I. Definita, determinata fuit *res. T.* 346: 6. *item* Finitus, confectus, fuit. *Gi. T.* 542: 12; *abſol.* Mortuus fuit. *T.* II. 970: 1. VIII. *i. q.* VI. *ſign.* 1. *T.* 440: 14. قَضَاءٌ *Act. item* Iudicium, ſententia iudicis: decretum *pec.* divinum. *ſic. fig.* ينبوع قضايه e ſcaturigine eius decreti fluere dicuntur fluctus ſeculorum. *T.* 6: 4. *iungi amant* القدر والقضا Providentia et decretum *T.* 62: 1. *item* قضاء *i. q.* بلا Aerumna, caſus fatalis. *T.* II. 126: 18. *et* Mors *Gi. T.* II. 142: 1. قَاضٍ, *Coll.* قُضَاةٌ, Iudex, qui ius dicit. *Gi. T.* 352: 5. *quorum nonnullis tribuitur titulus* قاضي القضاة Summus iudex. *T.* 406: 10. *n. eſt et Nom. proprium* Cadius: *in quo luſus ex ambiguo T.* 440: 7. *in Prov. abiit Agere uti* من قضاه السوء بأموال الايتام Iudices improbi *agunt* cum orphanorum facultatibus. *T.* II. 102: 2. قضية, *Coll.* قضايا *Act. et* Imperium. *T.* II. 756: 7. *item* Res geſta. *Gi.* Hiſtoria. *ſic legend. e Mſſ. T.* 12: 1. *item* Enunciatio: propoſitio. *T.* 116: 10. قاضية Mors, fatum. *C.* 69: 27.

قَطَّ *Fut.* O, קטט, Secuit *rem* per latum ſeu transverſum. *cca. ſic calamum, fig. T.* 606: 7. قَطُّ, *de praeterito tempore*, Vnquam. *T.* 634: 15. قِطٌّ, Liber, libellus, *et* Sententia iudicis ſcripto mandata. *Gi. C.* 38: 15. *item* Chirographum, inſtrumentum donationis. *H.* 5: 152. *vid. ſchol. in n.*

قَطَبَ, *Act.* قُطُوبٌ *pp. i. q.* قطع Secuit, *cca. dein* 2, *q. d. rugas ſecuit et aravit*, Caperavit frontem aut mediam inter oculos partem, aſperiore vultu fuit. *fig.* Caperatio frontis *tribuitur adverſae fortunae. H.* 3: 130. *n.* 3, *alio flexu Secando* miscuit *et* collegit. *Ca. vnde* 4, *intranſ.* Congregati fuerunt *homines. Ca. hinc* قاطبة collecta multitudo. *H.* 6: 220. *n.* قُطْبٌ Ferrum circa quod convertitur mola ſeu catillus. *et hinc* ſtella polaris. *fig. eruditus dicitur* قطب الزمان Cynoſura temporis. *T.* 32: 11. *tranſlate* Dominus et princeps *populi: ut circa quem ceu verticem negotia vertuntur.*

ſic et قطب فلك الممالك polus ſphaerae provinciarum *T.* 118: 6.

قَطَرَ *Fut.* O, *H.* קטר, *pp.* Stillavit *aqua, etc.* guttatim fluxit: *et Tranſ.* Stillatim fluere ſivit. *cca.* X. Expetivit aut captavit ſtillantem *rem. cca. Ca. T.* II. 488: 2. قِطْرٌ Aes fuſile. *C.* 34: 11. قُطْرٌ, *Coll.* اقطار, Tractus terrae. *Gi. T.* 574: 4. *etiam* Tractus coeli. *Meid. C.* 55: 33. *ſpec.* اقطار *pro* extremis terrae finibus. *T.* 494: 5. قَطْرَةٌ, *Coll.* قَطْرٌ, Stilla, gutta una. *ſic* Effundere guttulam de maribus clementiae. *T.* II. 108: 8. *fig. quis dicitur* guttula de maribus alicuius. *T.* 432: 6. *etiam Exercitus numeroſus* كالقطر والذر inſtar guttarum et atomorum. *T.* 592: 16. *pec. autem Coll.* قطر *eſt* Pluvia. *ſic Sagittae volantes comparantur* القطر الهامي pluviae effuſae. *T.* 576: 15. قَطْرَانٌ, *etiam cum med. Keſr.*, Pix liquida. *C.* 14: 51.

قَطَعَ, *Act.* قَطْعٌ, *Fut.* A, *Aram.* קטע, *pp.* Secuit: truncavit: amputavit: disrupit: excidit. *cca et* من *de quo. vnde* قاطع *abſolute* Enſis. *T.* 366: 3. قطع Amputatio *manuum*, *poena eſt furti. C.* 5: 42. *hinc* يد سارق *Amputare* manus furtivas. *H.* 3: 168. *vbi leg.* يدين *ex vtroque cod Scheid. dein* Disrupit *quod copulavit Deus, peculiari phraſi Coranica, pro inobedientia. C.* 2: 25. *ceterum* قطع *pro varia conſtructione varia notat;* Removit *aliquem ab alio*, aditum ei praecluſit. *cc* عن *T.* 292: 1. *ſic et Fructus* مقطوع qui carpi nequit. *C.* 56, 32. *item* Reſecuit, irritam reddidit *petitionem alicuius T.* 434: 7. *tranſlate* قطع دابره Abſcindere ſtirpem alicuius, *i. e. penitus eum delere. T.* 78: 13. *quo ſenſu et dicitur* قطع طرف منه Abſcindere extremitatem eius. *C.* 3: 122. 2, *alio flexu Secuit, i. e.* Trajecit *flumen. C.* 9: 122. Peragravit *regionem: T.* 414: 10. *quod etiam fig. effertur* قطع فقار القفار قطع الهندي Secare vertebras deſertorum, prout ſecat gladius Indicus. *T.* 320: 9 *n. et ex ambig.* قطع الشقق Secare vias *ſuper liciatorio curſus. T.* 364: 2. *n. dein Praeſcidit*, Infeſtavit, intercepit, *viam. cca. Gi. T.* 186: 10. *vnde* جرف مقطوع Praecipitium praeruptum. *T.* II. 352: 6. *et* Praeſcidit *occaſionem. C.* 29: 28. *etiam*

Sang-

Sanxit, neceſſario obſervandum definivit, et praeſtandum impoſuit. *cc* علي *p et a. r. Gi. C.* 27: 32. *ſic* نص قاطع Sententia apodictica, oraculum. *T.* II. 786: 7. II. *i. q.* I. *ſic* تقطعت الارض Fiſſa fuit miraculo terra. *C.* 13: 30. *item* Amputavit *manus. C.* 5: 37. Diſſecuit: *ſic viscera aqua fervens. C.* 47: 17. In plures concidit partes. *cca. vnde* تقطيع Caeſura *carminis. ex ambig. T.* II. 36: 3. *etiam* Diviſit, diſpeſcuit *populum in varios ordines, tribus. ccga. C.* 7: 160. 2. Alienavit, ſegregavit a ſe, abrupta vel interrupta conſuetudine, neglexit, *cognatos ſuos. cca. C.* 22: 20. IV. Aſſignavit in feudum *vel* emphytenſin dedit *princeps, de ſuis opibus quaſi reſectum terrae fundum. ccga. T.* 136: 17. V. *Paſſ. coni.* II. *ſign.* 2. *quod et dicitur* Abſciſſi fuerunt funes. *C.* 2: 161. *et pec.* Abſciſſus fuit, *i. e. mortuus fuit. C.* 9: 111. *etiam i. q.* تقسم Partiti ſunt *negotium inter ſeſe. ccar et* بين *p. Gi. C.* 23: 55. VII. Ruptus fuit *funis, etc. T.* 294: 3. Deſiit, finita fuit *calamitas. T.* 628: 8. Seceſſit, ſemet abſtinuit, *ab aliqua re. cc* عن. *T.* 250: 5. *item* Deſiit vivere, obiit. *T.* II. 146: 1. VIII. Reſecuit *de eo partem: de ovibus* exemit *gregem. cc.* من *T.* 160: 10. قِطْعٌ *et* قَطَعٌ Pars noctis a prima vigilia ad ſecundam. *Ca. C.* 15: 65. *dein* Obſcuritas noctis extremae. *T.* 6: 6. قطعة Segmentum, pars, portio *Gi. T.* 178: 8. مَقْطَعٌ, *Coll.* مقاطع Locus lectionis. *pec.* مقاطع الامور *ſunt* Exitus finales rerum, *comparati cum telis, quae ſuper iugo textorio divinae voluntatis texuntur. T.* 6: 2.

قَطَفَ, *Aſt.* يَقْطُفُ, *Fut.* I, *H. et Ar.* קטף, *pp.* Vindemiavit, decerpſit *uvas. cca. fig. fructus capitum falcibus enſium. T.* 176: 10 *ſic et* قطوف حتوف Vindemiationes mortis. *T.* 250: 13. *n.* VIII. *i q.* I. Collegit *fructus eruditionis. T.* II. 982: 7. قِطْفٌ, *Coll.* قطوف, Uvae ſeu botrus earum. *Gi. et in genere* decerpti fructus. *Ca. C.* 69: 23. قطيفة Holoſericum. *T.* II. 852: 8.

قَطَمَ *H. et Ar.* קטם, Momordit, *ſeu* extremis dentibus prehendit *quid.* قِطْمِيرٌ Pellicula tenuis ſuper oſſe dactyli, *ſive* quae os ipſum involvit, *ſive* quae in medio eſt fiſſurae. *hinc ponitur pro re nihili. C.* 35: 14.

ſic et in Prov. Inquirere rem علي النقير والقطمير usque ad ſcrobulam dactyli et eius pelliculam, *i. e. ad minimum γρυ usque T.* II. 78: 14. *n.*

قَطَنَ *H. et Aram.* קָטַן, *Fut.* O, *pp. ut videtur, Inclinari ſive Incurvari; hinc Inclinatus fuit in loco, i. e.* Incoluit *locum: et* pro fixa ac patria ſede delegit. *cca. Gi. inde* قاطن, *Coll.* قطان, *Kottanon,* Incola. *ſic* قاطن الدنيا Habitator mundi, *pro homine T.* 8: 15. *Oppoſ.* مغترب *τῷ* advenae, *notat* indigenam. *H.* 2: 74. قُطْن, *Coll.* اقطان, Goſſipium: *Ital.* cotone. *binc et formatum* قَطَّان. Qui goſſipium elaborat. *fig.* قطان الشتا Goſſipia ius hiemis *excuſſit ſuper ſtratum terrae* من اقطان الثلوج e goſſipiis nivium. *T.* II. 518: 18. *ſq. et* قطني Goſſipinus. *T.* 20: 4. يَقْطِين Planta *omnis* erecto caule carens. *Gi. ſive Planta quae non ſuo caule ſuſtinetur, ſed obvolvitur rebus vicinis, iisque nititur. Gol. ad Gigg. pec.* Cucurbitae planta. *Meid. ſic e 70 interpp. vertitur* קִיקָיוֹן *Jonae. C.* 37: 146. *vide Celſii Hierob.* II. 277.

قَطَا *Fut.* O, Compreſſo gradu alacrique, *at* gravi, vſus fuit *in inceſſu. cc* في *Gi. Ca. verbum, ut videtur, formatum a* قَطَاة, *Coll.* قَطًا Avis columbae ſimilis magnitudine et forma; quae gregatim volat et e longinquo aquam petere novit, vocem Kathà Kathà edens: *vnde illi nomen. In deſertis, ſaxoſis praeſertim et ſylvoſis locis habitat, vnde proverbiali locutione pro* peritiſſimo duce *occurrit T.* 54: 4. *alio Prov.* مفحص قطاة Nidus Kathae, *utpote ſulcus tantum aut ſcrobiculus in ſolo effoſſus, adhibetur* de loco admodum anguſto, *vbi nihil ſpatii. T.* II. 354: 10.

Q. قَعْقَعَ *Ονοματοπ.* Strepuit armis *aliisve rebus* ſiccis et duris. *c.c* ب *r. etiam* Multo fragore ſtrepuit *tonitru, item palea, ſtramen ſub pedibus camelorum. T.* 476: 14.

قَعْب *et* قَعْبَة Crater, poculum ligneum et profundius, idque minus. *Meid.* aut mediocre, quantum unius viri ſitim explere poſſit. *T.* II. 234: 11.

قَعَدَ *Act.* قُعُود, *Fut.* O; Sedit, confedit *ſic Act.* قعود *Opp.* قيام *τῷ C.* 3: 188. *ſic et part.* قاعد ſedens. *C.* 50: 16. *peculiari vſu.* قاعدة Sedens; remanens

nens domi *opp. ad* قاتل *pugnans. C.* 5: 27. *et* قاعدة Quae domi manet et a marito ſegregata mulier, ob partum vel menſtrua. *etiam* mulier effoeta. *C.* 24: 59. *item verbum* قعد Conſedit *cum aliquo*, familiaris fuit. *cc* مع *C.* 4: 139. Reſedit, *fortitudo. T.* II. 370: 10. Ceſſavit *ab aliqua re. cc* عن *T.* 120: 11. Obſedit *viam alicui. cc.* ل *p. C.* 7: 15. *et hinc* Inſidiatus fuit *alicui. cc* ل *C.* 9: 5. *etiam i. q.* صار factus fuit. *C.* 17: 23. IV. *Tranſ. coni.* I. *ſign.* 1. Collocavit, conſtituit *aliquem. T.* II. 804: 4. VI. Superſedit, abſtinuit. *ſic iunguntur* تقاعد *et* تقاعس Cunctatio *et* tergiverſatio. *T.* 366: 1. VIII. Conſcendit, cepit ad inſidendum, *camelum. H.* 1: 2. *n.* قاعدة, *Coll.* قواعد *Ag. vide ſupra. dein* Baſis: fundamentum *domus. C.* 2: 121. *et imperii T.* 62: 8. *hinc abſol.* Leges politicae. *T.* 216: 6. *et* Inſtitutum bene ſtabilitum, mos non violandus. *T.* II. 150: 16. قواعد الاسلام Doctrinae fundamentales Islamismi. *T.* 86: 5. مَقْعَدٌ, *Coll.* مقاعد, *Act. et* Locus ſeſſionis: *et* commorationis, manſio. *ſic* مقعد صدق Confeſſus veritatis. *C.* 54: 55. *etiam pro* Sedili *C.* 72: 9. *pec. in Coll.* مقاعد Caſtra. *C.* 3: 117.

قَعَرَ *Fut.* A, *H. et Aram.* קער, Profundus fuit. *Ca.* 2, Eradicavit, funditus excidit, *arborem*, ita ut corruerit. VII. *huius Paſſ. fig. C.* 54: 20. قَعْرٌ Fundus *putei*, *et Gehennae. T.* 158: 12, 13. *ſepulcri. T.* II. 264: 10.

قَعِسَ *Fut.* A, *contr.* τῷ حدب, Protuberantiore pectore et introrſum depreſſo dorſo fuit: *ſicque* reſtituit *camelus. inde translate* VI. Refractarium ſe praebuit *homo. H.* 1: 22. *v. n. et* Retro latus fuit conſtitit ve, receſſit *a negotio. cc* عن. *Gi. T.* II. 92: 8.

قَفَرَ *Fut.* O, *Origo videtur in Terendo: hinc* Pone ſecutus fuit *veſtigia. cca. Gi. q. d. Veſtigiis inſtitit ut locus ſit tritus T.* II. 228: 17. IV. *notione Terendi ad attenuationem, diminutionem translata*, Vacuam et deſertam reddidit *domum*, *terram. T.* II. 176: 17. قَفْرٌ *et* قفرة *Coll.* قِفَارٌ, Deſertum aqua et herba carens. *ſic* نمور القفار P. r. di deſerticolae. *fig. T.* 170: 14. *et Secare* فقار القفار vertebras deſertorum, *i. e. deſerta permeare. T.* 320: 9. قفرة *autem pec. ut Act.* Solitudo *loci.* II. 242: 3.

قَفَصَ *H. et Ch.* קפץ, *pp. Graec.* σφιγγειν: *inde pec.* Pedibus ceu quadrupedem conſtrinxit *dorcadem, et* conſtrictum prehendit. *cca. item* Partes invicem propinquas habuit *res.* قَفَصٌ Cavea avis. *Gi. ſic in Prov.* هذا طير في قفص Avis haec eſt in cavea. *T.* 596: 14.

قَفَلَ, *Act.* قُفُول, *Fut.* I *et* O, *Aram.* קפל, *or. videtur in Compingendo; unde in* قافلة *notio compactae multitudinis, caravanae: et hinc iterum notat ipſum verbum* Reverſus fuit ex itinere. *ſic Act.* قفول *T.* 552: 6. *fig. de tempore autumni T.* II. 80: 5. 2, cuſtodivit *rem:* collegit. *vnde* قُفْلٌ, *Coll.* اقفال, Sera: peſſulus. *C.* 47: 26. *fig. Militum ope reſerare* اقفال الاهوال feras terrorum. *T.* II. 782: 12. قُفَّلٌ, *Coll.* قفول, Turba collecta. *T.* II. 188: 4. قافلة قفول المراسلة Caravanae mutui commercii. *T.* 128: 10. *ſic et* قافلة, *Coll.* قوافل, Iter ſimul facientium cohors, *vulgo* cafila. *Gi. T.* 372: 2.

قَفَا *Fut.* O; *vic.* قاف *in Orig. Nectendi: hinc* Secutus fuit *aliquem. ccap.* Preſſit *veſtigia eius. cca. H.* 1: 32. *pec. ad eum perdendum. T.* II. 690: 1. *alio ſenſu* Secutus fuit *aliquem*, in comitatu *eius* fuit. *vnde part.* قاف Aſſecla. *ex ambig. T.* II. 524: 6. *n.* II. *Tranſ.* قفيت على اثره بك Feci iuſſique ſequi te illius veſtigia, *i. e. illi ſuccedere. C.* 57: 27. VIII. *i. q.* I. *T.* II. 554: 10. *et pec. tranſlate* Morem geſſit *alicui. T.* 438: 7. X. Proſecutus fuit *aliquem munificentia etc. ccap et* ب *r. T.* II. 624: 5. قَفًا Poſtica pars cervicis, occiput. *ſic opponitur* الغرة *fronti. T.* 170: 10. *et in genere* Tergum, dorſum: *vnde* Prov. نام على قفاء Dormivit ſuper tergo; *eodem ſenſu quo Lat. in vtramque aurem dormire. T.* II. 52: 4. *n.*

قاقُمٌ Muſtela alba: *Ital.* armelino. *Dem. etiam* Ex illius pelle confecta veſtis. *fig. de atmoſphaera mutante* قاقمه بسموره albam ſuam Hermelinam cum nigra pelle Sabelina; *diem cum nocte. T.* 206: 12.

قَلَّ, *Fut.* I, *H. et Aram.* קלל, *pp. Levis; dein* Paucus *et* imminutus fuit: defecit. *Gi. opp.* τῷ كثر *C.* 4: 8. *et* τῷ جل *H.* 2: 46. *inde forma intenſ.* اقل Minor: paucior, *liberis, opibus etc. C.* 18: 37. *etiam ut Ad-*

Adverb. الاقل ad minimum, ſaltem. *vti videtur legend.* T. II. 226: 14. II. *Tranſ. coni.* I. Paucum effecit, imminuit. *cca. pec.* قلله في عينه Fecit ut illi parum videretur. *Gi. C.* 8: 46. IV: Levavit, Extulit, fecit ut adſcenderet. *C.* 7: 55. *et* Suſtulit in ſe portavitque *rem. H.* 2: 108. X. Levavit ſe, ſurrexit. *H.* 4: 44. etiam Leve, paucum, parumve cenſuit. *H.* 5: 154. *hinc* Suſtulit in humeros portavitque *onus: tranſlate de eo qui* dignitates in ſe ſuscipit *aut* regno potitur. *quod dicitur* استقل بالممالك *T.* 34: 1. *vel et* استقل علي الممالك *T.* 110: 13. *vnde* مستقل *abſolute pro* Imperio. *T.* 34: 3. قلما *ex* قل *et* ما, *ſequente Fut. aut Praet.* Parum eſt quod: vix fieri poteſt, ut *etc. T.* 528: 12. قليل Paucus: pauca *res. Gi. ſic* قليل الشر qui pauca habet vitia. *T.* 300: 15. *vnde* قليلا Parum. *C.* 2: 120. *etiam* قليل Paucus, *ſenſu plane negativo: ſic* قليل ما يومنون Pauci admodum, nulli omnino, ſunt qui credunt. *C.* 2: 82. *conf. Schol. ad Nawabig v.* 44. قلة, *et prima Kesr.*, *Act.* Paucitas: tenuitas, paupertas. *T.* 16: 14. قلة, *Coll.* قلل *et* قلال Cacumen rei. *T.* II. 156: 8, 10. *pec.* Vertex montis. *T.* II. 204: 15. *n.* Collis. *T.* 212: 8. Q. قلقل Commovit, perturbavit. *cca.* II. *Paſſ. Coni.* I. *vnde* تقلقل Perturbatio. *T.* II. 706: 2. قلاقل, *Coll.* قلاقل, *quod alias effertur* جلجل *et* جلاجل *Ch.* גלגל, Crembala ſeu orbiculi aenei qui loro alligati appenduntur collo equi vel cameli, *aut* limbo tympani Arabici inſeruntur, et mutuo inter ſe colliſu tinnitum edunt. *Meid. T.* 466: 1.

قلب *Fut.* I, *Aram.* קלב, *pp.* Vertit, convertit: verſavit: invertit. *cca. ſic et* ſubvertit *aliquem fortuna. T.* 10: 5. 2, Recepit *aliquem ad ſe Deus. ccap et* الي *Ca. C.* 29: 20. II. *i. q. ſign.* 1. *pec. cum quadam intenſione. cca. ſic* Avertit *ccap et* عن *r. C.* 6: 110. Verſavit horſum prorſum *vel* ſurſum ac deorſum: *aurum in igne H.* 2: 118. *hominem. C.* 18: 17. Verſavit, ſuccedere ſibi invicem fecit *res, diem noctemque. C.* 24: 44. Tractavit verſando *negotia. cca. et hinc* accurate examinavit. *H.* 6: 206. *etiam* Male tra-

tractavit *res*, perturbavit. *C.* 9: 48 قلب كفيه Complosit manus admirabundus. *C.* 18: 40. V. *Paſſ.* Verſatus fuit ſeque geſſit *in negotiis* pro arbitrio ſuo. *cc.* في *T.* 10: 4. *item* Converſatus fuit *cum aliquo. cc* مع *H.* 3: 178 *inde Act.* تقلب *variis ſignificationibus: pro* Converſione faciei *ad caelum aut Keblam in precando. C.* 2: 139. *pro* Proſperitate in mercatura. *C.* 3: 196. *et pro ipſa* Mercatura. *C.* 16: 48. *pro* Converſatione. *C.* 26: 219. *etiam* تقلبة Revolutio temporis. *T.* II. 982: 12. VII. *Paſſ. coni.* 1 *ſign.* 1. *inde* انقلاب Revolutio. *vti e Mſ. legend. T.* II. 966: 7. *ſpec.* Reverſus fuit ad Deum, *denotat ſtatum poſt hanc vitam. C.* 43: 13. *quod et dicitur* انقلب الى اهله *C.* 84: 9. انقلب على عقبيه Reverſus fuit ſuper calcaneos ſuos, *eſt in genere* retroceſſit, *ſpec. vero ad* priſtinam religionem defecit. *C.* 2: 138. قَلْبٌ, *Coll.* قلوب, Cor. *fig. Adamatus nummus aureus, ac ſi* من القلوب نقرته e cordibus liquatum eſſet metallum ejus. *H.* 3: 152. *etiam* Intellectus. *C.* 2: 6. *item* Nucleus: medulla: *ſic* قلب القران Nucleus Corani *dicitur ſura* 36 *vide Marac. et* Medium, *ſeu* media acies, *exercitus. T.* 390: 15. قَالَبٌ, *Coll.* قوالب, Formula, modus, ad quem *vel* in quo aliquid effingitur. *ſic* قوالب الانساب Formulae genealogicae. *H.* 2: 48. *fig. Effundere* عسجد قالبه aurum formulae alicujus *in catinum perditionis. vti legend. T.* 78: 12. قُلَيْبٌ Puteus: *pec.* antiquior. *hinc in Prov. abierunt Duces proiecti* في قليب بدر in puteum Bedrenſem. *T.* 574: 1. *tranſlate notat* Profundam alicuius eruditionem. *H.* 6: 206. *n.*

قَلَتَ Periit, interiit. *Gi. hinc* مِقْلَاتٌ Quae unum ſemel enixa foetum non amplius concipit *camela: et mulier. T.* II. 502: 1.

قَلَدَ *Fut.* I, *Aram.* קלד, *pp.* Torſit *funem. cca. dein* Obvolvit *rem rei. ccap et* على *r. Gi.* II. *notione ducta a* قلادة *Torques, praefecturae inſigne*, Praepoſuit *muneri*, confirmavit *in eo, et, quod vulgo dicitur*, inveſtituram conceſſit. *ccga. T.* II. 340: 6. V. Induit *monile, torquem. cca. fig, ſervitutis. T.* 348: 8. *ſic et* De collo ſuſpendit alicui mitellam et ex ea *gladium.* سيوف الحتوف Gladios exitii *T.* II. 24:

24: 2. *dein Paſſ. Coni.* II. *T.* 636: 17, 18. قِـلَادَةٌ, *Coll.* قَـلَايِـد, Colli indumentum omne, torques, monile, aliudve. *Gi. T.* II. 878: 4. *pec.* قَـلَايِـد, *ſunt* ſerta *e ramis foliiſque, quibus ornatur* ovis *Meccae immolanda. C.* 5: 2. مِـقْـلَادٌ, *Coll.* مَـقَـالِـيـد, Clavis. *T.* 348: 7. قَـلَـنْـدَرِي Res omnes, uxorem, domum etc. repudians, omnibus ſemet deſtituens. *Gol. in Lex. Perſ. pec. ita dicitur ordo quidam monaſticus Derviſiorum, de quo vide Herbel. p.* 244. *et Leunclav. Pandect. C.* 171. *T.* II. 806: 1. قُـلْـزُم Clysma, *Aegypti vrbs in litore ſinus Arabici, de qua Bochart Phal.* I. 107. *Coll. Abulfed. Deſcr. Aeg. p.* 10 *et* 30. *et Michaëlis p.* 117. *vnde* بحر قلزم Mare rubrum. *Ca. etiam* Mare Caspium. *T.* 368: 8. *n. fuſe illud deſcribit Abulfed. in de la Roque Voyag. dans la Paleſt. p.* 337: *ſq. et Niebuhr. tab.* 20, 23. *ſq.* قَـلَـنْـسُـوَةٌ, *Coll.* قَـلَانِـس, Pileus, apex, mitra *Gi. T.* 264: 6.

قَـلَـصَ *Fut.* I, *vic. H. et Aram.* קלט, *pp.* Contraxit ſe in unum, contracta, diminuta fuit *res, ut umbra, et a lotura pannus. dein* Saltavit, ſubſilivit. *inde* قـالـص *et* Saltans *et* qui ex partibus geminis unam habet iuſto contractiorem, ſicque claudicat. *ex ambig. de Timuro T.* II. 436: 10.

قَـلَـعَ, *Act.* قَـلْـع *Fut.* A, *H.* קלע, *pp.* Vulſit, evulſit, extraxit. *cca. T.* 232: 3. loco dimovit *hominem. T.* II. 400: 8. expugnavit *arcem. T.* 532: 11. divulſit *rete T.* 470: 4. *item* Compulit *aliquem ad locum. cc.* الي. *T.* 516: 7. *etiam* Retinuit pluviam *coelum. C.* 11: 46. IV. *i. q.* I. *et* Dimotus fuit averſusque *a negotio. cc* عن. *ſeu* Removit ſe. *T.* 548: 9. *etiam* Deſiit, receſſit *nubes calamitatum. T.* II. 134: 4. *item* Sublatis velis vento commiſit *navem. cca. T.* II. 62: 2. *et abſolute* Velificavit, navigavit. *T.* II. 670: 4. *dein, notione a* قلعة *ducta*, Extruxit *arcem. T.* II. 296: 5. V. *Paſſ. Coni.* I. *et* Retinuit, prohibuit *aliquem. T.* 366: 2 VII. *idem. et* Receſſit *ad locum cc* نحو *T.* II. 686: 11. VIII. *i. q.* I, Eradicavit, radicitus evulſit *hoſtem,* delevit, *T.* II. 540: 14 قِـلْـعٌ, Velum navis. *Gi. T.* II. 670: 14. قَـلْـعَـةٌ, *Coll*, قِـلَاع, *prima Kesr.*, Arx, caſtellum. *pec.* in vertice montis. *fig.* قـلاع الـعـواصـي

العـواصي Arces rebelles, *pro munitiſſimis. T.* 516: 7.

قَـلِـقَ, *Act.* قَـلَـقٌ, *Aram.* קלק, *Verbum* ονοματοπ. *de ſono quem edit lapillus in vas iniectus*, Reſonuit et intremuit: *dein* Vacillavit. *et tranſlate* Commotus, inquietus fuit. *binc Act.* قـلـق Vacillatio, commotio, inquietudo. *Gi. fig. Granum cordis eius* قـلـقـت اي قـلـق vehementi inquietudine jactatum fuit. *T.* II. 838: 6. IV. *Tranſ.* Commovit, perturbavit *nuncius. T.* II. 2: 1. V. *i. q.* I. Conturbatus fuit. *T.* II. 748: 6. قَـلِـقٌ Inquietus. *Gi. T.* II. 196: 18.

قَـلَـمَ Secuit, ſubſecuit *unguem ſuum. cca.* قَـلَـمٌ, *Coll.* اقـلام, Calamus ſcriptorius: *ſpec.* aptatus. *C.* 31: 26. Tractare calamum penes aliquem, *ut opus ſervile deſcribitur T.* II. 400: 3. *eſt et Nomen capitis* Corani 68. *item i. q.* سـهـم, Calamus, *ſc.* ſagitta non alata ſeu aleatoria. *Gi. ex ambig. fig. T.* 606: 4, 6. *binc* Proiicere ſagittas ſuas, *ritus in ſortilegiis uſitatus. C.* 3: 39. *vide Schult. An. in Jobum p.* 170. اقْـلِـيـمٌ, *Coll.* اقـالـيـم, κλῖμα, clima mundi. *Gi. T.* 8: 12. *item* Ditio, provincia, *aut* regnum. *T.* 82: 10.

قَـلَا *ult.* و *et* ي, *Act.* قَـلًـي, *H. et Aram.* קלה, *pp.* Frixit, coxit, in ſartagine *carnem. cca. dein* 2, *notione torrendi ad animum tranſlata*, Odio habuit. *ccap. C.* 93: 3. *binc Act.* قلي Odium. *Gi. ſic Fugere aliquem* هـجـر الـقـلـي fuga odii. *H.* 4: 42.

قَـمَّ *pp. videtur accumulare, vnde notio Verrendi, converrendi: binc* Everrit, *domum. inde et* قِـمَّـةٌ, *Coll.* قِـمَـمٌ, Vertex cuiusque rei, *ſpec.* capitis. *ex ambig. capitis et arcis T.* II. 290: 13.

قَـمَـحَ *H. et Ch.* קמח Caput ſuſtulit et bibere renuit *camelus.* IV. Suſtulit caput: *et* ſublato capite detinuerunt *aliquem numellae* arctantes collum. *ccap. in Paſſ. C.* 36: 7. قَـمْـحٌ *Act. item* Triticum. *Gi. T.* II. 900: 10.

قَـمِـرَ *Forte pp., quod med. Kesrata effertur*, Albus vel ſubalbus fuit. *ſpec.* de colore cui fuscum quid aut viride admixtum. *Ca. vnde in* قـمـر *notio Lunae: et binc Fut.* I, Luſit cum alio lucente luna vicitque. *Gi. et ſpec. Fut.* A, Certavit alea eaque vicit. *ccap. ſpec. ludo latrunculorum.*

rum. fig. T. II. 596: 7. IV. Luna illuſtris fuit *nox; fig.* اقمر لحيته *pro* Incanuerunt nigri eius capilli. *H.* 2: 112. *n.* قَمَرٌ *ab albedine dicitur* Luna, *pec.* a die menſis tertia ad finem; *ſeu* usque diem 26. *Gi. eſt et Nom. capitis Coran.* 54 قمر الشعري Luna ſirii *et* قمر الشعر luna carminis *ſive* Aſtrum poëticum. *H.* 5: 106. *fig.* اذل قمره Defecit *vel* occidit luna ejus, *i. e. obiit. T.* 302: 16. *Luna ſplendere dicitur* كتعويذ من لجين amuleti inſtar argentei. *H.* 5: 68. *Prov. Cingebant eum hominum agmina* كاحاطة الهالة بالقمر ſicut circumdare olet halo lunam. *H.* 1: 10. *item Evidentius eſt* من القمر ليلة البدر quam luna in plenilunio. *T.* II. 346: 2. *ponitur et* Luna *pro facie formoſa. ex ambig. H.* 2: 102.

قَمَسَ *i. q.* غمس, Demerſit *aliquem in aquam. cca et* في *r.* VII. *huius Paſſ.* Demerſus fuit: *fig. in gurgite exercitus. T.* 264: 12.

قَمَشَ Collegit corraſitque undique: *pec.* de ſolo res minutiores. *Gi.* قُماش, *Coll.* أقمشة, Supellex *domus. Gi. T.* II. 544: 2.

قَمَصَ *Fut.* I. *et* O, Pedibus ſubegit maſſam. V. Tunicam indutus fuit et *ipſe* ſibi induit. *Gi. H.* 2: 44. *n. notione ducta a* قَمِيصٌ, *vnde Gall. Chemiſe*, Tunica, χιτων: *proprie* indumentum omne interius et dimisſius, interula: *ſive* induſium *ſit aut* aliud. *Gi. C.* 12: 18. *pec.* ex goſſipio, non ex lana. *Ca. T.* 496: 10. *fig. T.* II. 720: 4.

قَمْطَرَ *pp.* Colligavit, conſtrinxit. *inde* قَمْطَرِيرٌ Difficilis et calamitoſus *dies. Gi. C.* 76: 10.

قَمَعَ *Fut.* A, Percuſſit in capite foditque in eo *elephantum* ferramento adunco: *quo ceu fraeno regitur. cca. et hinc* 2. Domuit et ſubegit ſibi. *cca. T.* II. 400: 9. مِقْمَعَةٌ, *Coll* مقامع, Inſtrumentum ferreum adunco capite, quo fodicatur caput elephanti: *ut ita dometur regaturque. Gi. et* Lignum quo percutitur caput, clava aut quod ſimile. *Ca. etiam e ferro. C.* 22: 21.

قَمِلَ *H. et Aram.* קמל, Pediculoſum fuit *caput. notione ducta a* قُمَّلَةٌ, *Coll.* قُمَّلٌ, Inſecti ſpecies minor ricino, quae macris camelis inſidet. *eſt et* قملة النزع ſpecies inſecti ſi-

milis locuſtae, et ad ricini formam accedens. *Gi. etiam* Pediculus. *C.* 7: 130. *fig. de militibus. T.* II. 668: 7. *vſu Proverb.* قمل غمل Columbar pediculoſum *ponitur pro re quavis foeda, moleſta. T.* 532: 2. *n.*

قَنَّ *deperditum, H: et Aram.* קנן, *pp. Compactus; firmus, fuit. vnde* قُنَّةٌ, *Coll.* قُنَن, Cacumen montis. *Gi. T.* II. 136: 1. قَانُونٌ, *Graec.* κανων, Canon, regula. *Gi. item* Sambuca, inſtrumentum triquetra forma. *T.* II. 436: 3.

قَنَأَ *Fut.* A, *H. et Ar.* קנא, *pp.* Valde rubuit: *vti* tinctura vel fuco *mulier; aut etiam digitus* ex contrectatione mororum, etc. *Gi. hinc* قانى rubicundum *velum mulieris. H.* 2: 102. *n.*

قَنَبَ *Aram.* קנב *in Orig. vt videtur, Volvendi, involvendi: hinc, a convolutis foliis,* Prodiit ex involucro *flos. Ca.* II. *et* IV. Evaſerunt agmen, *pec.* equorum equitumve a 30 ad 40. *Gi. quale agmen dicitur* مِقْنَبٌ, *Coll.* مقانب. *T.* II. 22: 4.

قَنَتَ *Fut.* O, *Origo, quam conſervavit dial. Aeth., videtur in Stringendo, conſtringendo; vnde Adſtrictus religioni eiusdemque tenax fuit,* Obedivit Deo: devotus Deo fuit. *cc* لِ. *C.* 33: 31. *Dein* Inter precandum conſtitit: et diu in eo perſeveravit. *ſic* قانت *C.* 2: 239. *pec. intelligitur Oratio, quae fit erecto corpore, protenſis manibus, demiſſisque oculis; qui geſtus ritusque obſervatur poſt ſecundam* الركعة, *inclinationem, in oratione matutina, et ſecundum Schafiaeos in nocturna. Gol. ad Gig.*

قَنْدٌ Mel arundinis ſacchariferae; *pec.* concretum. *Gi. vnde forte vulgo* Saccharum candi. *Gol. Aër* احلي من القند Saccharo dulcior. *T.* II. 404: 4. قِنْدِيلٌ, *Coll.* قناديل, Lucerna, lampas. *Gi. quod etiam Aramaeis dicitur* קנדיל. *fig. T.* 284: 6.

قَنَسَ *deperditum: vnde* قَنَسٌ Vertex capitis. *Gi. et* قَوْنَسٌ Apex ſeu criſta galeae ferreae. *item ipſa* Galea. *ſic in Coll.* قوانس *T.* II. 194: 7. *vbi verba* اسيوفهم في قلانس القوانس من رنه *vertenda Quoties* tinnierunt gladii eorum in pileis galeatis; *ſcil. hoſtium Chriſtianorum?*

قَنَصَ *Fut.* I, *H.* קנץ *Job.* 18: 2. *i. q.* صاد, Venando cepit. *cca.* VII. *i. q.* اصطاد, Venatus

tus fuit. *cca. Gi. animal. T.* II. 274: 4. *vnde* قَنْصٌ *et* مِقْنَصٌ, Caſſis, rete venatorium. *T.* II. 954: 8. *et* قَنَّاصٌ Venator. *T.* II. 986: 3. قَنِيصٌ Venatoris praeda. *Gi. ſpec.* قَنِيصٌ fera maſcula, *et* قَنِيصَةٌ femella; *iunctim pro omnis generis praeda. H.* 1: 36. *n.*

قَنِطَ, *etiam med. Damm. et Keſr. Aram.* קְנַט, Deſperavit. *Gi. cc.* مِن *r. C.* 42: 27. *inde* قَانِطٌ *et* قَنُوطٌ Deſperabundus. *C.* 41: 49.

قَنْطَرَ Q. Opes poſſedit per talenta. *Gi. notione ducta a* قِنْطَارٌ, *Coll.* قَنَاطِيرُ, *quaſi* Centenarium, Talentum: *ſive ſit* pondus 1200 unciarum *vel* 120 librarum; *ſive* auri ſumma et quantitas, utrem taurinum implens. *Gi. vnde* قَنَاطِيرُ مُقَنْطَرَةٌ Talenta coäcervata. *C.* 3: 12. قَنْطَرَةٌ *i. q.* جِسْرٌ, Pons. *Gi. T.* II. 168: 9.

قَنَعَ *Fut.* A, *Or. in Inclinando: hinc, inclinato quaſi capite*, Humiliter rogavit quid petivitque. *et* Contentus fuit eo quodcunque daretur. *Gi. cc* ب *r. T.* II. 614: 8. IV. Caput ad coelum extulit prae devoti humilisve animi affectu. *Gi. et in genere* Caput extulit. *C.* 14: 44. قَنُوعٌ *et* قَانِعٌ Contentus: gratum habens quidquid datur. *H.* 5: 86. *hinc Prov.* قَانِعٌ الْعُشَّاقِ Paucis contenti amatores. *T.* II. 354: 14. قِنَاعٌ Calantica amplior quam مِقْنَعٌ. *Gi.* قِنَاعُ عِصْمَةٍ calantica pudicitiae. *T.* 248: 4. مِقْنَعٌ *et* مِقْنَعَةٌ Calantica, indumentum capitis muliebre, ex ſindone ſimilive panno; duo fere cubita longum, quod domi foriſve capiti imponitur antrorſum patens. *Gi. T.* 256: 7. *n.*

قُنْفُذٌ *et* قُنْفَذٌ, *Coll.* قَنَافِذُ, Erinaceus, echinus. *cum quo comparantur milites ſagittis obruti. T.* II. 252: 2.

قَنَا *et* قَنِيَ *H. et Aram.* קָנָה *vic.* τῷ قَنَا קָנָה, *in Orig. Inflammationis; vnde tranſlate ad fervidum affectum flagranſque ſtudium*, Acquiſivit ſibi, *pec.* in proprium uſum, *oves, etc. cca.* IV. Facultatibus, *pec.* acquiſitis, ditavit *Deus*, donavit quod ſatis eſſet: contentum reddidit. *ccap. C.* 53: 48. VIII. *i. q.* I. Acquiſivit: acce-

accepit: poſſedit. *cca. Gi. H.* 6: 244. قِنْيٌ *Coll.* قِنْوَانٌ, Botrus dactylorum *Gi. C.* 6: 99. قِنَاةٌ, *Coll.* قَنًا *et* قَنَوَاتٌ, *etiam* قَنِيَاتٌ; *H.* קנה, Canna. *T.* 18: 15. *et* Haſta. *fig.* نواهل القنا Haſtae ſitibundae. *T.* II. 116: 3.

قَهَّ *et* قَهْقَهَ, *Act.* قَهْقَهَةٌ, *Verbum* Ονοματοπ. In cachinnum effuſus fuit, immodeſte riſit emiſſa voce قه قه *Kib Kib.* *T.* II. 850: 2.

قَهَرَ *Fut.* A, *Act.* قَهْرٌ, Vicit. *T.* II. 786: 7. *et* Domuit, ſubiugavit *cca. T.* 276: 15. *item* Violenter ac iniuſte tractavit. *C.* 93: 9. *etiam* iuſte praevaluit. *vnde* القاهر فوق عباده *titulus Dei. C.* 6: 18. *hinc Act.* قهر *et* Violentia. *T.* 8: 7. *et* dominium. *T.* 48: 12. اَلْقَهَّارُ Omnipotens Deus. *Ca. C.* 12: 39. قَهْرَمَانٌ Imperator. *T.* II. 786: 7. القاهرة Victrix et auguſta: *ſic dicta* Metropolis AEgypti, *vulgo* Alcairo. *Ca. T.* 556: 4. *de qua Herbel. p.* 233. *et Schult. ind. Geogr. in voce.* قَهْقَرَ Retroceſſit. inceſſit retrorſum. *Ca. ſic* قهقر عن ميدان المصاف Regreſſus fuit e campo pugnae. *vti legendum T.* II. 246: 18. *inde* قَهْقَرِيٌ *Act.* Regreſſus: inceſſus qui retro aut retrorſum fit. *Ca. T.* 454: 5.

قَابَ *Fut.* O, Rupit, fidit, *ovum ſuum avis. cca. Gi.* قَابٌ Pars *arcus* inter manubrium et cornu. *Gi. inde* Quantitas ſeu intervallum *arcus non eſt inter eos. Gi. ſic* قاب قوسين intervallum duorum arcuum: *ſeu ut alii exponunt*, cubitorum. *C.* 53: 9.

قَاتَ *Fut.* O, *Act.* قُوتٌ, Aluit *ſuos. cca.* IV. *i. q.* اقتدر, Potis et par fuit *ccar vel c* على. *inde Act.* قوت, *Coll.* اقوات, Alimentum, eſca. *Gi. T.* II. 234: 12. *et part. in* IV. مقيت Potens: *et* qui cuique alimentum ſuum praebet: Cuſtos et inſpector rei. *Gi. vnde pec.* على كل شي مقيت *epitheton Dei eſt, vti legendum. C.* 4: 87.

قَادَ *Fut.* O, *vic.* قيد *pp.* Conſtrinxit *e loro, vinculis etc. hinc* Duxit *equum. cca T.* 54: 4. *dein* Rexit, gubernavit. *cca.* VII. *Paſſ. coni.* I, Paſſus fuit duci ſe, obſecutus fuit: ſe ſubmiſit alteri. *cc* ل *etiam cc* الي *T.* 110: 4. *inde* انقياد Obſe-

ſequium. *Gi. T.* 124: 14. VIII. Ductus et obſecutus fuit. *T.* II. 510: 3. *et i. q.* I. Duxit: *fig. corda habenis ſuis. H.* 2: 68. *audacem figuram* اقتاد الجوزا ut jumentum duxit ſignum Geminorum, fortuna capiſtrum praebente, *vide in* جوز. *dein* Ductilem vel obſequentem habuit; comparavit ſibi acquiſivitque *panem. H.* 5: 118. X. Se ductilem praebuit *alteri. cc* ل *p. item* Pro duce habuit *aliquem. cca. T.* 736: 2. قَوَدٌ Talio. *T.* 614: 11. قَائِدٌ, *Coll.* قُوَّادٌ Gubernator, praefectus. *unde Hiſpan.* alcayde. *Gi. T.* II. 434: 12. قَوَّادٌ Leno. *fig. Sol eſt delator* والليل قواد ſed nox leno. *T.* II. 736: 5. قِيَادٌ *et* مِقْوَدٌ Habena, qua iumentum ducitur regiturve: lorum quod alligatur *ſive* fraeno, *ſive* annulo per cameli naſum traiecto. *Gi. fig. Naſus illibatae virginis, arcis, faſtidiebat ſuscipere* مقود اذعان habenas ſubiectionis. *T.* II. 156: 10. *inde et* عسر الاذعان Qui difficilis eſt habenae, duci nequit. *T.* 544: 3. *tranſlate* سلم زمام قياده Tradere alicui capiſtrum funis ſui, *i. e. ſemet arbitrio illius ſubmittere. T.* 50: 10. *n. quod et defective* سلم قياده *T.* 268: 7.

قَاسَ *Fut.* O, *Act.* قِيَاسٌ, *pp. Flexit, curvavit: unde in* قوس *notio* arcus *et* cubiti; *et hinc ipſum Verbum* Menſuravit, comparavit, metiendo *vel* ratiocinando *rem ad aliam. ccap et* ب *r vel* علي *r. T.* II. 10: 7. V. Incurvus fuit. *fig.* متقوس كالدال والجيم Incurvans ſe adinſtar Dal et Gjim. *T.* II. 524: 3. قَوْسٌ, *Coll.* قِسِيٌّ Arcus, *tum* quo jacitur ſagitta. *T.* II. 194: 7. *tum* quo per nervi motum dividitur goſſipium; *vel* arcus *alius. ſic* قوس قزح Arcus coeleſtis Iris. *T.* II. 382: 18. *item* cubitus, *menſurae inſerviens. hinc* قاب قوسين *pro* Intervallo duorum *vel* arcuum *vel* cubitorum *accipitur. C.* 53: 9. *etiam* قوس Sagittarius, ſignum Zodiaci. *fig. Emiſit* القوس Sagittarius *ſagittam frigoris ſui etc. T.* II. 462: 5. *Metaph. Attrahere ſcapula cogitationum* قوس حكايات arcum hiſtoriarum. *T.* II. 978: 2. *hinc et Prov. Iaculari* عن قوس عقيدته ab arcu propoſiti alicuius, *h. e. intimis eius ſenſibus conſentire. H.* 5: 98. *n. item* اعطي القوس باريها De-

Dedit arcum exaſciatori eius. *vide ad* بـرا. قَوَّاسٌ τοξοποιος, qui conficit arcus. *Gi. T.* II. 420: 7. قياس *Act. et* Ratiocinatio, ſyllogiſmus. *T.* II. 4: 12. *inde* قياسي, *foem.* ة, Analogicus, regularis. *etiam de ſententia apodictica. T.* 116: 10.

قَاضَ *Fut.* O, *H. et Ch.* קוץ, *vic.* קוט, قيض *etc. in Orig. Rumpendi: hinc* Diruit: *aut potius* diſſolvit *ſtructuram* citra dirutionem. *cca.* II. *idem. pec.* Diſſolvit *tentorium. T.* II. 106: 7. *n.*

قَاعَ *Fut.* O, Immiſit ſe, incubuit, *admiſſarius camelae. cca.* قَاعٌ *et* قِيعَةٌ Terra plana montium expers, campus. *Gi. fig. Opera impiorum et res evanidae comparantur cum* سراب بقيعة vapore in planitie deſerta. *C.* 24: 39 *et T.* II. 676: 4.

قَافَ *Fut* O, *H. et Aram.* קוף *i. q.* قفا *pp. Nexuit, pec. in orbem: dein* Sectatus fuit *veſtigia. cca.* Pone ſecutus fuit. *inde* قَافٌ Litera Kaf. *item* Nom. montis qui totum obire orbem traditur. *vide Herbel. p.* 230. *de quo nonnulli explicant Nomen capitis Coran.* 50. *etiam* Cervix *vel* extrema pars *alicuius. vnde ponitur pro* affeclis *luſu ex ambiguo T.* II. 524: 6. *n.* قَايِفٌ, *Coll.* قَافَةٌ, Qui novit veſtigia et indicia rerum: phyſiognomus: chiromantes. *Gi. T.* 16: 4.

قَالَ *Fut.* O, קול *vic.* قيل *in Orig. Secandi ſ. findendi; vnde ad loquelam translatum*, Dixit. *ccar et* ل *p vel cc* الي *p. item* Dixit, pronuntiavit *de eo cc* في *vel* عن *vel ccar et* ل *alterius. aut cum* على *C.* 4: 169. *abſolute* Praecepit *cc* ل *p. C.* 16: 42. *et* Calumniatus fuit. *C.* 24: 26. قال له من امرنا يسرا *i. e.* Praecepta ei dedit facilia. *C.* 18: 87. *ſpeciali vſu* قال Compoſuit recitavitque carmen *in memoriam alicuius rei. cca et* في *T.* 342: 13, 14. *vnde part.* قايل Auctor *carminis. H.* 2: 88. *pec. etiam* قال Pronuntiavit benedictionem. *T.* 8: 9. *et* قال *cc* ب Aſſenſus eſt *dogmati. ſic* قايل بالجبر profitens ſententiam Gabriorum. *T.* II. 894: 1. *in Paſſ.* قيل Dicitur, fertur, traditur. *T.* 342: 11. III. Sermocinatus *cum aliquo*, affatus *eum* fuit, verba fecit, locutus fuit *aliqua ſuper re ccap et* في *r. Gi. vnde Act.* مقاولة Diſcurſus. *T.* II. 642: 8. V. Dixit finxitque *de eo, vel contra eum*, mendacium. *cc* على *p. C.* 69:

هَبَا *Fut.* O, Elatus fuit, et diſperſus in aëre volitavit *pulvis. Gi.* هَبَاءٌ Atomi in domo volitantes qua parte ſol irradiat. *item* Diſperſus fumi inſtar per aërem ſubtilior pulvis. *C.* 25: 25. *et* ſpecies apparens vaporis سراب dictae. *T.* II. 508: 13.

هَتَكَ *Fut.* I, Dilaceravit, rupit, *operimentum*, *velum*, ut apparuerint quae retro eſſent. *ſic vela mulierum. T.* 330: 12. *unde* 2, Violavit, *pec. ſacra. T.* 208: 9. *et ſacroſanctum vitae alicuius. T.* 234: 12. *item* Proſcidit exiſtimationem, dedecoravit. *Gi. T.* II. 150: 14. *et* Proſcidit *veſtem vitae. T.* 78: 11. VII. Dilaceratus aut proſciſſus fuit. *T.* II. 676: 9. هَتْكٌ *Act. ſign.* 1. Diſruptio *veli vitae. T.* 226: 66 *et* violatio ſacroſancti. *T.* II. 434: 9. هَتَّاكٌ Violator *ſacrorum. T.* II. 188: 7.

هَتَنَ *Fut.* I, *vic.* هتل *in Origine Fluxus laxi; hinc pec.* Continentem pluviam emiſit *coelum.* هَاتِنٌ *et* هَتَّانٌ Continue pluviam emittens *nubes. Gi. fig. calamitatum. T.* II. 134: 4.

هَتَا *ult.* و, Pedibus conculcando fregit. *cca.* III. هاتي, *quod pro* ااتي *a rad.* اتي, Conceſſit, largitus fuit. *ccga. Gi. unde Imper.* هَات, *et in Coll.* هَاتُوا, Da, cedo. *Gi. C.* 21: 24.

هَجَدَ Vigilavit. *Gi.* V. *idem: pec. noctu ad peragendas preces. C.* 17: 81.

هَجَرَ *Fut.* O, *pp.* Abſcidit, reſecuit. *cca. Ca. inde* 2, Reliquit, deſeruit *rem vel hominem. H.* 4: 42. *n. pec.* patriam, ſuosve. *C.* 19: 47. *et* non frequentavit *uxores*, diſiunctus *ab iis* fuit. *cca. C.* 4: 38. 3, Futilia et deliro digna locutus fuit *aegrotus*, delıravit. *Gi. C.* 23: 69. III. Diſceſſit a ſuis, de regione in regionem migravit: *uti fit* propter perſecutionem. *Gi. C.* 3: 194. هَجْرٌ *Act. ſign.* 2. *H.* 4: 42. هَاجِرَةٌ Meridies ſole fervens. *mox* calor, aeſtus. *T.* II. 242: 3 هِجِّيرٌ Mos, conſuetudo. *Gi. T.* II. 394: 8. هِجْرَةٌ Diſceſſus, abitus a ſuis, quo patria relinquitur. الهجرة *pec.*

pec. Muhammedis fuga; cum relicta Mecca petiit Medinam, *quae nunc eſt Arabum epocha in deſignandis annis. unde* قَدِيمُ الهِجْرَةِ antiquus aerae, *ſive* annorum; *pro ſene. T.* 30: 6. مَهْجُورٌ *part. ſign.* 3. Futilis, vanus *ſermo. C.* 25: 32. مُهَاجِرٌ, *foem* ة, *part. Conj.* III. *C.* 4: 101. *pec.* المُهَاجِرُونَ *dicuntur illi qui Muhammedem Mecca expulſum, in* هِجْرَة *ſive fuga Medinam verſus ſecuti ſunt, oppoſ.* τοῖς الأنصار *C.* 9: 101. *Coll. T.* 500: 12. *v. n.*

هَجَسَ *Fut.* I, In mentem incidit *res. H.* 2: 90. *inde* هَاجِسٌ, *foem.* ة, *Coll.* هَوَاجِسُ, Res in animum incidens. *Gi. T.* 614: 6.

هَجَعَ *Fut.* A, Dormivit; *pecul.* noctu. *C.* 51: 17. هُجُوعٌ *Act. T.* II. 240: 18.

هَجَمَ *Fut.* I, Ingruit, inivit ſua tempeſtate, *hyems, ſic de tenebris. T.* 538: 8. *item* Invaſit, irruit *in aliquem*, *pec.* de improviſo. *cc* عَلَى *H.* 1: 34. *pec. hoſtis in hoſtem. ſic* هَاجِم *T. l. c. etiam eodem ſenſu cc* إِلَى *T.* 46: 8. *et cc* فِي *loci T.* 612: 4. V. *idem*, Adortus fuit *aliquem. cc* عَلَى *T.* II. 940: 7. هَجْمٌ *et* هُجُومٌ *Act. ita de irruente fato ſeu morte T.* II. 502: 6. *item* Invaſio, incurſatio hoſtilis: *qualis eſt leonis. T.* 46: 8.

هَجُنَ *Fut.* O, Fuit patre libero et matre ſerva natus *homo: et* Mare Arabico, foemina alia genitus *equus et hinc* Ignobilis fuit. *inde* X. Foedum turpemve fecit *aut* eſſe dixit: infamavit. *cca. Ca. etiam* foeda perpetravit. *unde* مُسْتَهْجَنٌ *i. q.* قَبِيح Res turpis. *T.* II. 434: 5. هَجِينٌ Equus ignobilis: *Gi. qualis Conj.* 1. *deſcriptus. item* Ignobilis *homo. et* mala, deformis, *res.* هِجَانٌ Nobilis et praeſtans equus. Spectabilis, honore cultus et egregius *vir. item* bona *res. utraque haec vox* هَجِين *et* هِجَان *ſibi opponi amat: ſic de equo T.* 22: 10. *de conſilio T.* 592: 3, 4. *de homine: ut* الهَجِينُ الفَاضِلُ ignobilis eruditus *praeſtat* الهِجَانِ الجَاهِلِ nobili ignoranti. *T.* II. 86: 6.

هَجَا *Fut.* O, *H. et Ar* הגה, *Or. in Ebulliendo, exaeſtuando; hinc Spec.* Maledixit, verborum contumelia inſectatus fuit; *pec.* carmine

mine ſeu ſatyra. *ccap.* 2, Connexuit *literas* in Syllabas, ad formandas ex iis voces: *prout tyrones legere diſcunt. Belg.* Spellen. *Gi.* هجاء *Act. ſign.* 1. *et ipſa* Satyra. *uti legend. T.* 274: 8. *n. etiam Act. ſign.* 2. *unde* حروف الهجاء *dicuntur* Literae alphabeti. *quorſum alluditur T.* II. 158: 5. *v. n.*

هدّ *Fut.* O, *H.* הדר, Rupit, fregit. *dein* Demolitus fuit, diruit. *cca. T.* 322: 6. II. Metu affecit, terruit: comminatus fuit. *ccap. unde* تهديد Metum incutere *leonibus. T.* 450: 1. هدّ *Act. Coni.* I. *C.* 19: 92. *coll. T.* 452: 6. هُدْهُد, *nomen a ſono formatum*, Upupa avis. *Gi. C.* 27: 20. *et T.* II. 950: 3.

هدأ *Fut.* A, Quievit. *Gi. ſic de corde. T.* II. 720: 1. *item* Subſtitit *aliquo loco. cc.* ب *H.* 4: 14. III. Quietavit. *cca. pec.* Reconciliavit. *T.* 84: 8. *etiam aliquem ſibi*; pacem *cum illo iniit. ccap. T.* 150: 11. V. *i. q.* I. *T.* 246: 4. هدأة *Act. ſign.* 1. *Spec.* Mora in itinere. *T.* II. 686: 7. هدو Quies; tranquillitas. *H.* 6: 250. *pec.* noctis. *T.* 178: 7. مهاداة *Act. Coni.* III. Reconciliatio. *uti leg. ex MSS. T.* 126: 8.

هَدَبَ *Fut.* I, *pp.* Carpſit: *dein* decerpſit *fructum, etc. cca. Gi. inde* هُدْبَة, *Coll.* اهداب, Inciſae fimbriae ſeu cirratae extremitates veſtis. *Gi. ſic* تعلقوا باهداب Adhaeſerunt extremis murorum fimbriis *T.* 322: 7. *quae phraſis* Pendere a fimbriis alicuius, *translate notat Aſſiduum ei comitem eſſe. H.* 2: 58. *n. dein* 2, هدب *Coll.* Cilia, *i. e.* palpebrarum pili. *fig. haſtarum. T.* II. 292: 3.

هَدَرَ *Fut.* I, *H. et Ar.* הדר, *pp. Cum fervore intumuit: ſic* Ferbuit *vinum. Gi.* 2, Mugiit reciprocata voce *camelus: ut cum ab initu ſecluditur. Gi. quod transfertur ad acres et intentos hominis clamores. H.* 1: 12. *n.* 3, Impune effundendum permiſit *ſanguinem. cca. Ca. et opes. T.* II. 150: 14. هُدَّار Graſſans et in omnem licentiam effuſa hominum multitudo. *T.* II. 644: 5.

هدف *H.* הדף, *Origo in Impellendo; hinc* Ingreſſus fuit *ad aliquem. cc* الي *Ca.* X. Elata et erecta fuit *res: Spec. ſcapus ſagittariorum. inde et* Semet erexit

xit in ſcopum *ad ſagittandum H.* 6: 200. *n.*

هَدَمَ *Fut.* I, *H. et Aram.* הרם, *pp. Complanavit*, *mox* Diruit, evertit, deſtruxit *rem. T.* 146: 7. II. *idem*, *Teſdid multitudinem notante*, Diruit *domos c c a. Gi. C.* 22: 41. V. *Paſſ. Coni.* I. Dirutus fuit. *T.* II. 150: 17. X. *i. q.* I. *T.* II. 782: 12. هَدْم *Act.* Deſtructio: *pec. aedificii. T.* II. 450: 5. هَادِم *Ag. inde fig.* هَادِم اللذات Deſtructor voluptatum; *abſolute pro Morte. T.* II. 768: 3.

هَدَنَ *Fut.* I, Quievit. III. Inivit pacem; Inducias fecit. *c c ap. Gi. unde Act.* مهادنة *T.* II. 538: 10. VI. Pacem inter ſe coluerunt. *T.* II. 708: 12.

هَدَى *Fut.* I, *H.* הרה, *pp. Tetendit*, *unde ad viam rectam transfertur*; *et hinc* Recta duxit, bene direxit *ad religionem Deus. cc* ل *p. et c c a p et* ل *r*, *vel loci. C.* 2: 138. 2, Commonſtrando, indicando, duxit *domum*, *ad templum*, *in viam. c c g a. phraſi Arabum Hizjazenſium. ſic tamen et C.* 1: 5. *at alii c c a p et* ل *r. C.* 7: 98. *vel* الى *r. H.* 1: 8. *ita non tantum ad bonum*, *ſed et ad malum mortemque. C.* 22: 4. 3, هدي هديه *Hadjabo*, Secutus fuit ductum eius, inſtititve inſtituto. *Gi. hinc abſolute* هدى Secutus fuit *decretum ſuum Deus et* exſecutus. *C.* 87: 3. III. Inceſſit *inter duos* alios, quibus fulciretur prae imbecillitate. *c c* ب *p. T.* II. 436: 10. IV. Attulit obtulitque *munus. unde* مهدي *part. Act.* Qui illud offert. *T.* II. 76: 1. *et part. paſſ* مهدى Cui illud offertur. *T.* 356: 7. VI. Vacillando molliter inceſſit *mulier. et homo. ſic part.* متهادي *T.* II. 732: 6. VIII. *Paſſ Coni.* I. *ſign.* 1. *C.* 19: 78. *item* Semet dirigere potuit. *C.* 7: 41. *unde Act.* اهتداء Ductus rectus. *H.* 1: 20. X. Rogavit *aliquem* ut rectam ſibi monſtret viam. *c c a p.* 2, Petiit ſibi donum *aut* viaticum offerri, corrogavit. *c c a r. utraque notio iungitur H.* 1: 24. *n.* هَدْي *Act. ſign.* 1. *et* Pecus quod Meccam ducitur in oblationem. *C.* 2: 191. *T.* II. 76: 1. هُدًى *et* هُدَى Directio, rectus ductus. *C.* 2: 1. *etc.* هَادٍ Director, ductor, *C.* 25: 33. *pec.* Dux viae. *H.* 1: 24 أَهْدَى *form. intenſ.* Qui melius dirigitur quam alter. *C* 4: 54. هَدِيَّة, *Coll.* هَدَايَا, Munus quod offertur. *C.* 27: 35. *iunctum cum* تحف

تعسف *T.* 122: 9. هِدَايَةٌ *Act.* *ſign.* 2, Ductus. *T.* 598: 9. *item titulus libri, cuius auctor eſt Borbaneddinus.* *T.* 82: 5. *et* 636: 16. *n.*

هَذَبَ *Fut.* I, *pp.* Reſecuit. *cca.* *dein* II. Concinnavit, recte aptavit. *cca. ſic Act.* تهذيب *T.* II. 984: 1. *pec.* ordine concinno diſpoſuit *exercitum.* *T.* 472: 1. *et* aptum, exercitatum, expertem fecit *aliquem res.* *T.* II. 530: 8.

هَذَرَ Fervidus fuit *dies.* Verboſus garrulusque fuit *in ſermone ſuo.* *Gi. inde* Q. هَذْرَمَ Celer, properus, fuit *in ſermone et lectione. cc* في. *vel abſolute.* *Gi.* *T.* II. 828: 8.

هَذَى *Fut.* I, *H. et Ch.* הזה, *pp.* Celeriter ſecuit vel amputavit enſe *Gi.* 2, *tranſlate ad verba minus cohaerentia*, Deliravit ex morbo aliave cauſa, abſurda locutus fuit mentis impos *Gi hinc Act.* هَذَيَانٌ *T.* II. 116: 12.

هَرَّ *Fut.* I, *Verbum a ſono factum, H. et Ar.* הרר, *pp.* Striduit *arcus.* *Gi.* 2, Gannivit *ad aliquem canis*, voce, ceu latratu, edita leniore infra latratum; *uti fit* prae frigoris impatientia. *cc* الي *p.* *Gi. fig. lupus bellicus.* *T* 392: 7. *n.* 3, Abhorruit, deteſtatus fuit. *cca.* IV. *i. q.* I, *ſign.* 2. *de militibus* *T.* II. 4: 1. هِرٌّ Abominatio, quod deteſtamur. *iunctum cum* شر, *cum alluſione ad formulam* شر اهر ذا ناب *i. e.* Malum quam deterrimum. *Gi.* *T.* 154: 7. *item* Propulſio ovium, *vel* vocatio; *pecul.* ad aquam. *unde fig.* Baculus propulſionis. *T.* II. 734: 6.

هَرَبَ *pp* Delituit, demerſa fuit *pars pali. dein* 2, Fugit, aufugit *Gi.* *T.* 38: 10. *item* Effugit *alicui.* *cc* ل *T.* 382: 1. هَرَبٌ *Act.* Fuga. *C.* 72: 12. مَهْرَبٌ *Act. et* Fugae locus, aſylum. *T.* II. 268; 8.

هَرَجَ *Fut.* I, *H. et Ar.* הרג, *Or. in minutatim concidendo; inde Spec.* Tumultuati ſunt, confuſione, ſeditione *aut* caede miſti fuerunt inter ſe *homines. ſic* هَرْجٌ *Act.* Tumultus, ſeditio, confuſio., *iunctum cum* مرج *T.* II. 848: 1.

هَرَسَ *H.* הרס, *pp.* Contudit: *pec.* vehementius. *cca Gi* هَرِيسٌ, *foem.* ة, Contuſus, *dein* هريسة *Uſu ſubſt. pec.* Spiſſi pulmenti genus, quod ex cocto tritico,

coctisque carnibus, ſimul contuſis multum, conficitur. *Gi. inde Prov. Irruere in hoſtem, veluti* الجعاع الهريسة famelicus in pulmentaria. *T.* II. 622: 10.

هَرَشَ *Fut.* O, *eiusdem Orig. cum praeced. dein* Gravis et adverſa fuit *fortuna.* III. Concitavit inter ſe et irritavit *canes, homines. c c* ب *Gi. ſic nonnulli legunt Act.* مهارشة Mutua irritatio. *T.* II. 26: 13. VI. Concitati inter ſe ſunt *canes: et leones bellici T.* 610: 4.

هَرَعَ *Fut.* O *et* A, Tremule et propere inceſſit, *vel ad aliquem* venit. *c c* الي *p. T.* 112: 2. IV. *idem, et abſol.* Celeriter inceſſit. *Ca. ſeu in paſſ.* Incitatus, propulſus fuit. *C.* 11: 80.

هَرَاقَ *pp. Coni.* IV. *pro* أَرَاقَ *a* راق, *uti* هاتي *pro* التي *ſupra adfuit: mox, thematis forma adſumta,* Effudit, profudit *aquam, etc. c c a. Gi. inde etiam accepit coniugationem* IV. *eadem ſign.* Effudit *aquam. c c a. Gi. et ſanguinem. ſic in Paſſ.* اهريق *T.* II. 622: 13.

هَرْوَلَ Q. Incitatiore, *aut* remiſſiore poſt violentum, gradu inceſſit: *aut* tolutim, ſive glomerato greſſu, medio inter ſimplicem inceſſum et curſum. *Gi. dein generatim* Deproperavit. *ſic ad obſequium alicui deferendum T.* 74: 1.

هَرِمَ *Fut.* A, Senio defecit et confectus fuit *homo. fig. lux diurna, quando veſperaſcit. H.* 4: 58. *n. et ſenex hiemis. T.* II. 320: 6. *inde* هِرَمٌ Decrepitus, ſenio confectus. *T.* II. 880: 6.

هُرْمُز Ormus, urbs et inſula in ſinu Perſico, αρμυζα *Ptol. Ca. Gol. ad Alferg.* 112. *Herbel.* 456. *ſq. unionibus eſt celeberrima. T.* II. 852: 7.

هَرَا *H. et Ch.* הרה, *Origo in Fovendo: dein* Percuſſit, caecidit, fuſte, craſſiore baculo. *c c a.*

هِرَاوَةٌ Fuſtis, baculus: clava. *Gi. T.* II. 734: 6. *pec.* ſcipio. *H.* 1: 30.

هَزَّ *Act.* هَزٌّ *et* هَزَّةٌ, Movit, agitavit, quaſſit: *ut arborem ventus. c c a vel c* ب. *T.* II. 762: 3. *hinc Prov.* Concutere pro aliquo arbores frugiferas; *i. q. omnem quercum concutere. H.* 4: 48. *n.* 2, Excitavit, alacriores ad incedendum reddidit *camelos praecinendo ductor. Gi.* II. *i. q.* I. *ſign.* 1. *c c* ب *C.* 19: 25. VIII. *Paſſ. huius: item* Commovit, motitavit ſe; *ſic ſerpentis ad inſtar baculus Moſis. C.* 27:

72: 10. *etiam* Agitavit, commovit ſe, *mox* vigorem et foecunditatem recepit *terra*. *T.* 178: 14. *ex C.* 41: 39. *item Paſſ. ſign.* 2, *et* Exultavit. *T.* II. 936: 6. *ita et* هِزَّة Alacritas, lubentia: exſultatio; *i. q.* نشاط *T.* II. 766: 9. Q. هَزْهَز *i. q.* هزّ *ſign.* 1. Movit. *cca. Gi. Spec.* Vibravit *enſem*. *T.* II. 384: 9.

هَزَأ *Fut.* A, Irriſit, ſubſannavit. *Gi.* X. *idem. cc* ب *p. Gi. C.* 6: 10. *etc.* هُزْء Irriſio: ludibrium, deridiculum: ironia. *Gi. T.* II. 462: 9. *ex C.* 2: 63. *etc.*

هَزَار *Perſ.* Luſcinia; *a* mille *vocum diverſitate. Ca. Perſis* هزار اواز, *i. e.* μυριοφων@. *T.* II. 464: 10.

هَزَع *Fut.* A, Fregit, comminuit, contudit. *cca. Gi. inde* هَزِيع Pars *noctis*: *vic.* هجيع tertia *vel* quarta vigilia *noctis*. *cc* من *T.* 206: 12.

هَزُل *Fut.* O, Macer et aetate extenuatus fuit. 2, *forma Paſſ. idem. Gi. T.* II. 750: 1. 3, *contr.* τῷ جدّ, Remiſſus, minime ſerius, et iocatus fuit. *H.* 3: 178. V. *idem*: *ſic Act.* تهزّل *pro* Facetiis. *T.* II. 980: 11. هَزْل *Act. ſign.* 3. *ſic opp. ad* جدّ *ſerium*, *T.* II. 722: 16. *etiam pro* rebus futilibus. *C.* 86: 14. هَزُول *Ag. ſign.* 3, Remiſſus valde, iocoſus. *Ca. T.* 216: 1, 2. هُزَال *Act. ſign.* 2, Macies. *T.* II. 750: 1. هَزِيل Tenuis ac macer. *de grege. T.* II. 46: 8. *item* tenuis *prudentia*, *opp.* τῷ سمين. *T.* 206: 8.

هَزَم *Fut.* I, *Fregit rem aridam*, *cum ſtrepitu et fragore*; *hinc* 2, In fugam coniecit, profligavit, clade affecit, *fractum quaſi fuſumque hoſtem. cca. Gi. ſic part. paſſ.* مهزوم *C.* 38: 10. *fig. exercitum curarum. H.* 3: 154. *v. n.* VII. Fugatus fuit: fugam cepit, terga vertit *hoſtis*. *Gi. T.* II. 600: 10. *unde Act.* انهزام Fuga. *T.* 394: 11. هَزِيمَة *Act. Coni.* I. *ſign.* 2, *et ipſa* Fuga. *ſic* لبس الهزيمة ad fugam *ſubſtringere laciniam*; *de exercitu diei T.* 176: 11.

هَشّ *Fut.* O *et* I, Fuſte decuſſit de arbore *folia*. *cca. ſc.* in pabulum praebenda gregi: *quod et abſolute dicitur* هشّ على الغنم *Gi. C.* 20: 19. 2, *Fut.* I, Mollis fuit *panis*. 3, Facilis comis, benignus, humanus fuit.

cc ب *p. Gi. et cc* الى *T.* II. 64: 6. VIII. Lubentem, comem et benignum ſe praebuit *alteri. cc* ل *p. Tim. etiam cc* الى: *ſic Act.* اهتشاش *T.* II. 276: 10.

هَشَمَ *Fut.* I, Fregit, confregit; *pec.* ſiccum *quid* et cavum, *ut caput, ovum, oſſa, naſum. cca. Gi. et hoſtem in bello. ſic* مهشوم *T.* II. 736: 11. V. *Paſſ. Coni.* I. *unde Act.* تهشّم Fractura. *T.* II. 440: 9. هَشِيمٌ Arida ac fragilis *res; pec.* ſiccum pabulum: feſtucae, ſtipulae, cremia. *C.* 18: 43.

هَصَّ Manu compreſſit *rem. Gi. item* Conculcavit: contrivit: confregit. *cca.* IV. *idem. T.* 478: 2.

هَصَرَ *Fut.* I, Truſit, pepulit. *cca. Ca. pec.* repudiavit *aliquem, alteri ſe addicens. T.* II. 618: 9. *item* Traxit: Inclinavit, inflexit. *ubi* arrepta extremitate *ramum. cca vel* ب *ſig.* مهصور incurvata *mutuis amplexibus haſta. T.* II. 424: 14. *etiam* Fregit. *cca. Gi. ſic vincula. T.* II. 342: 8. هَصَّارٌ, هَصُورٌ, *et* هَاصِرٌ, *foem.* ة, *Coll.* هواصر; *praeſertim cum* ال *Articulo,* Leo: *ſc.* praedam confringens. *Gi. etiam Lupus. T.* II. 196: 2. *tranſlate pro milite. T.* 454: 4. *n.*

هَضَبَ *Fut.* I, Compluit, pluvia rigavit *eos coelum. cca.* هَضْبَةٌ, *Coll.* هِضَابٌ, Mons oblongus, inacceſſus, et ſeparatus ab aliis: *vel* ex uno et ſolido ſaxo conſtans. *Ca. T.* II. 202: 5, 11.

هَضَمَ *Fut.* I, *Act.* هَضْمٌ, Fregit *rem. cca. Gi.* 2, Vi adegit coëgitque *cca. Ca.* 3, Injuriam fecit: defraudavit. *hinc Act.* هضم Iniuria, oppresſio. *C.* 20: 111. 4, Bene concoxit digesſitque *cibum. cca. Gi. unde* هَضِيمٌ ſuavis et ſalutaris cibus. *C.* 26: 148. هضيمة *Act. ſign.* 3. Vis, iniuria: iniquitas. *H.* 6: 264.

هَطَعَ *Fut.* A, Antrorſum properavit procurritve prae metu. IV. Protenſo collo depresſit caput. *unde part.* مهطع Oculos defixos ſervans et conticescens prae humilitate aut ſubmisſione aut metu. *C.* 54: 8. *item* Properus celerve fuit *in curſu ſuo camelus. etiam prae metu homo: quo ſenſu part.* مهطع *C.* 14: 44.

هَفَتَ *Fut.* I, Avolavit prae levitate, ſeu huc illuc volitavit

res. VI. Ceciditve pars alia poſt aliam: *pec. in praelio. T.* II. 50: 1. *et* Proruit conſequenter *turba*, *Spec. ad interitum. cc* علي *item* Involarunt *in flammam papiliones. cc.* في *Gi. etiam cc* علي, *quo ſenſu Act.* تهافت *T.* II. 946: 1.

هَلْ *Interrog. Part. H.* ה *cum patach ſequente Dageſch forti, ex* הל, An? Num? *C.* 2: 205. *etc. etiam continuata interrogatione* هل Num? *Sequente* او An vero? *T.* 506: 4, 4. *item, licet rarius, Sequente* أم *H.* 2: 88. *et i. q.* بل, *ſeu pro eo*, Quin: equidem. *T.* II. 718: 9.

هَلَّا *et* هَلَا *partic. Interrogandi* An non? *compoſ. ex* هل *et* لا. *dein et partic. Incitandi, q. d.* An non *facies, etc.?* Agedum: adesdum. *Gi. T.* II. 864: 11. *et iunctim* هلا هلا *H.* 1: 18. *vid. ſchol. in n.*

هَلَّ *H. et Ar.* הלל, *pp.* Apparuit, ſplendere coepit: *pec. nova luna.* IV. Conſpexit *novam lunam. cca. Ca. dein* 2, Extulit, *ad illius conſpectum*, vocem qui ſacra Meccana faceret, dicendo لبيك *Lebbeica*; *atque ſic* invocavit laudavitque Deum. *mox in genere* Dicendo بسم الله, in nomine Dei, conſecravit Deo, *ſicque* rite mactavit *animal. cc* ب *et* علي *r. hinc in Paſſ.* اهل لغير الله به *Animal* ſuper quod, cum mactaretur *aut* iugularetur, aliud quam Dei nomen invocatum eſt; *h. e. alii quam Deo conſecratum: quale animal edere nefas C.* 2: 168. V. Splenduit *nubes fulgore ſuo. Gi. fig. progenies, ſtirps, exoriens. T.* 320: 2. X. *forma Pasſivi* ſplendere incepit, apparuit *nova luna. Gi. fig. auſpicatio prima obacrationis. H.* 3: 162. *n. unde in part. paſſ.* مستهل apparens nova luna; *h. e. initium menſis. T.* II. 650: 7. هِلَالٌ, *Coll.* أَهِلَّةٌ, Luna nova eiusve phaſis. *vel* primum Lunae et poſtremum lumen; *ſc* diei unius, bidui, tridui: *nam* reliquo menſis tempore luna *appellatur* قمر. *C.* 2: 186. *unde* مرقبة اهلة obſervatio phaſium lunae *in Prov. abiit. H.* 4: 56. *uti et* pallor naſcentis lunae. *H.* 5: 82. *cum illa comparatur* imperium exoptatum. *T.* II. 790: 14. *tranſlate et* هلال *pro* laeta et liberali facie. *H.* 6: 250. *adhibetur etiam* هلال *de aliis ſtellis: ut* هلال القوس apparitio ſigni Sagittarii. *T.* II. 462: 5.

هَلِعَ Magna impatientia laboravit, *et* turpi pavore. *Gi.* هَلُوعٌ Admodum impatiens. *C.* 70: 19.

هَلَكَ *Fut.* I *et* A, *etiam med. Keſr. Fut.* A, *H. et Ar.* הָלַךְ, *Or. in Volvendo, glomerando; hinc* Decidit, concidit. *Mar. item* Periit, interiit. *Gi. C.* 69: 29. *et abſol.* Obiit, mortuus fuit. *ſic* الهالك *C.* 12: 85. IV. Perdidit, ad perniciem deduxit. *cca. Gi. ſpec. ſata. C.* 2: 200. *et homines Deus. C.* 6: 6. *et* arva hominesque. *T.* 12: 3. *pec.* funditus ſubvertit *urbem. vide* مُهْلِك. هَلَاك *Act.* Exitium, interitus. *Gi. T.* 18: 9. *pec.* Exitium *Gehennae. T.* II. 376: 9. هَلَكَة Pernicies. *T.* 46: 1. *et* mors. *T.* 414: 8. مَهْلِك *et* تَهْلُكَة *Act.* Pernicies. *C.* 2: 190. *et pec.* Deſtructio *urbis C.* 18: 58. مُهْلِك *part. in* IV. Perdens. *Spec.* funditus evertens *urbem Deus. C.* 28: 59. *dein* Exitialis, perniciofus, lethalis. *Gi. et abſolute* Venenum. *T.* II. 584: 12. مَهْلَكَة, *Coll.* مهالك, Locus periculoſus *vel* exitalis. *ut* deſertum. *Gi. et* praecipitium. *T.* II. 146: 13. *etiam* Exitialis res. *T.* 236: 8.

هَلَمَ *Deperditum, H. et Ch.* הלם, *Or. in Pangendo, appingendo: unde* هَلُمَّ, *H.* הלום, *q. d. appactim; Excitantis particula,* Adesdum, accede tu, *vel et* accedite vos. *cc.* الى. *In omni numero uſurpant Arabes Hizjazae. Gi. ſic de pluribus C.* 33: 18. *etiam cca.* Huc affer, ſiſte *hoc. C.* 6: 151. هلم جرا Usque huc; *eſt vel temporis vel loci. H.* 5: 138. *n. dein idem* هلم جرا *eſt formula hortandi,* Firmo gradu perge *vel* pergite. *T.* 506: 9.

هَمَّ *Fut.* O, *H. et Ch.* חמם, *pp.* Liquavit; *ut adipem, etc. cca.* 2, Colliquavit, tabeſcere fecit, exedit, *morbus, moeror. Gi. et hinc* 3, Verſavit *rem* apud animum; *de ea* cogitavit ſollicito cupidoque ſimul animo. *cc* ب *fere ſemper in malum ſenſum. C.* 9: 13. *et cc* ب *C.* 3: 118. *pec.* Intendit amorem illicitum *cc* ب *p. C.* 12: 24. *etiam* Curam impendit *alicui; bono ſenſu. cc* على *T.* 450: 3. IV. Sollicitum tenuit *aliquem.* anxitque *res. cca p. C.* 3: 148. هَمّ *Act. ſign.* 3, *et, Coll.* هموم, *ipſa* Sollicitudo, inquietudo animi, *et* Angor. *T.*

204: 8. *fig.* جيش هامّ Exercitus curarum. *H.* 3: 154. هُمَام Heros, *ſeu* rex magnanimus, res graves et excelſas animo agitans. *Gi. T.* 118: 17. *et* Princeps generoſus ac liberalis. *Ca. T.* 548: 1. هَمَّة, *Coll.* هِمَم, Sollicitum ſtudium. *T.* 32: 1. *item* Mens, animus; eiusve intentio, propoſitum, et cupido. *T.* II. 826: 10. *pec.* Magnanimitas. *T.* 526: 3. هَامَّة, *Coll.* هَوَامّ, Reptile terrae: *pec.* noxium. *fig. pro militibus. T.* 578: 6. أَهَمّ *form. intenſ.* Res maximi momenti, quae valde angit. *T.* 390: 3. مُهِمّ *part. in* IV. *dein* Grave et magni momenti *negotium. Gi. T.* II. 228: 1. هَمْهَمَ Q. Reciprocavit gravemve edidit vocem in pectore. *Gi. uti et* in moerore fit: *vel et in iracundia. T.* II. 828: 8. هَمْهَمَة *Act. item* ſubmiſſus ſermo: murmuratio in ore. *Gi. T.* 186: 5.

هَمَجَ *Fut.* A, Una vice vel uno hauſtu *ex aqua* bibit *camelus* ita ut expleret ſitim. هَمَج *Coll.* Muſcae exiles, culicum inſtar, facies oculosve ovium et aſinorum impetentes ac inſidentes, 2, Homines viles ac fatui. *Gi. ambig. T.* 580: 4.

هَمَدَ *Fut.* O, Extinctus fuit *ignis. Gi.* et cum eo fervor omnis. *Ca. fig. T.* 186: 3. II. *Tranſ.* Extinxit *iram alicuius. T.* II. 116: 15. هَامِدَة, *foem.* ة, Extinctus: *ſic ignis venarum oratoris. T.* II. 996: 17. *item* Arida, ſterilis, omnisque herbae expers *terra. Ca. C.* 22: 5.

هَمَرَ *Fut.* I *et* O, *H.* המר, *pp.* Effudit *aquam, lacrymas, verba. cca.* 2, *Intranſ.* Fluxit *aqua. inde* هَامِر *part.* Exundans *fluvius. cum quo comparatur exercitus T.* 272: 3. VII. Effuſa fuit *aqua et* Fluxit. *Gi. ſic part. paſſ.* مُنْهَمِر *de pluvia. C.* 54: 11. *tranſlate ad rapidum elephantorum curſum. T.* 472: 9.

هَمَزَ *Fut.* I *et* O, *i. q.* غَمَزَ, Compreſſit *rem manu item* ſtimulavit; punxit: percuſſit. *Gi.* هُمَزَة Diffamator. *et* Diffamatrix. *Gi. C.* 104: 1. *eſt et Nom. Cap. Coran. eiusdem.* هَمْزَة Hamza. *T.* II. 296: 4. هَمْزَة *in Coll.* هَمَزَات Suggeſtiones et incitamenta *Satanae. Gi. C.* 23: 99.

هَمَسَ *vic.* هَمْشَ *et H.* המס, *in Orig.*

Orig. Strependi: unde pec. Submiſſum edidit ſonum, vel lenem fecit motionem. *Mar.* هَمْس *Act. et* Lenis ſubmiſſusque ſtrepitus *pedum. et* Musſitatio quae ore fit, citra ſpiritum e pectore productum. *Gi. C.* 20: 107. *Coll. T.* II. 132: 17.

هَمَشَ *Fut.* I. *vic. in Orig. praeced.* هَمَس, *pp. Strepuit: dein* Streperus, verboſus et garrulus fuit. VIII. Invicem permiſti ſunt, et ſe commoverunt inter ſeſe ſtrepueruntque. *Gi. T.* 610: 2.

هَمَكَ Inſtanter urſit. Diligenter et asſidue incumbere fecit. *c c a p et* في *r.* VII. Asſiduam navavit operam, et impendit ſe, et inſtititque *rei. ſic part.* مُنْهَمِك *T.* II. 556: 1.

هَمَلَ *Fut.* O *et* I, *H.* המל, *Or. in libero et ſoluto fluxu; hinc* Libere, absque paſtore, paſtum ivere *vel* dimisſi ſunt *cameli. Ca.* IV. Diſtulit et intermiſit, miſſam fecit *rem. c c a. hoc ſenſu ſaepe iungitur cum* أَهْمَلَ *ut T.* 438: 7. *pec.* Neglexit, nihili fecit, vilipendit *mandata alicuius. T.* 362: 4. *item* Neglexit, disſipavit *res alicuius T.* 566: 6. *unde* الإهمال *Act. abſolute* Disſipatio fortunarum. *H.* 6: 250. *n.* VIII. *i. q.* IV. Neglectui habuit *rem. c c a. iunctim. cum* أَمِن ſecurus fuit. *T.* II. 338: 10. مُهْمِل *part. in* IV. Qui res negligit, differt; vecors. *T.* II. 88: 3. *item* مُهْمَل *part. paſſ.* Inuſitata, nihil ſignificans *vox, dictio. T.* 994: 1. *etiam* citra ſignificandi intentionem prolata, ambigua, *reſponſio. T.* 150: 12. *item peculiari ſenſu oppoſ.* مُعْجَم τῷ Neglecta, *ſeu* a puncto diacritico libera *litera: qualis* ر *eſt reſpectu* ز, *et* ه *reſpectu* ة. *T.* II. 296: 5.

هَيْمَنَ Q. *pro* هَامَنَ, *quod pp. eſt* IV. *pro* أَأْمَنَ *ab* أَمِنَ, *uti* هَاتِي *dicitur pro* آتِي *et* هَرَاقَ *pro* أَرَاقَ; Dixit Amen *eoque* benedixit. *Gi.* 2, Securum reddidit et tutavit. *inde* مُهَيْمِن *part. ſign.* 1. Amen dicens *ſuper rem aliquam, i. e.* confirmans *illam*, teſtimonium *de ea* perhibens. *c c* عَلَى, *C.* 5: 52. *item ſign.* 2. Protegens, tutans: *unde cum* الله *eſt Nomen Dei. C.* 59: 24. *vid. ſchol. et H. A. Schult. ad Nawabig. v.* 33.

هَمَى *Fut.* I, *H. et Ar.* המה, Fluxit, manavit, *aqua, lacryma, etc. unde part.* هَامِي, *foem.* ة, de effuſa pluvia *T.* 576: 15. *et* سُيُول هَامِيَة torrentes

tes

tes effuſi; *pro copiis militaribus. T.* 572: 5. *porro ipſum Verbum* همي *Spec.* Fluxit; *ſive* cum impetu agitata fuit *nubes. T.* 30: 14.

هَنَأَ, *Fut.* A, O, I, *Ch. et Syr.* הנא, *pp.* Unxit, inunxit, linivit. 2, *translate* Bene ceſſit, profecit *alicui cibus, etc.* iuvit *eum. c c a p. Gi. T.* II. 280: 15. *vel c* ل *p. Gi. ſic* يهنا لي عيش Iucunda mihi fuit vita. *T.* 400: 11. *hinc formula congratulandi* ليهنكم الضيف Profit vobis intrans; gratulor vobis hoſpitem. *H.* 5: 102. *v. n.* II. Dixit *alicui hanc formulam* ليهنئك proficiat tibi. *c c* ل *p. hinc* 2, *in genere* Gratulatus fuit. *c c a p. et* ب *r. Gi. ſic part.* مهني *T.* II. 540: 6. *etiam c c a p et* في *r. H.* 2: 112. *n. item c c* ل *p et* ب *r. T.* II. 388: 2. *unde Act.* تهنئة Gratulatio. *T.* II. 546: 12. VI. Sibi invicem gratulati ſunt. *et in deteriorem partem,* ſe mutuo provocarunt. *T.* II. 652: 7. هَنَاءٌ *Act. ſign.* 2. *dein* Voluptas, deliciae: *unde* رياض الهناء Horti deliciarum. *T.* II. 766: 5. هَنِيٌّ *foem.* ةٌ, Facilis concoctu, bene cedens, levis, cibus, *etc. unde* كلوا هنيا مريا Edite cum facili digeſtione, ſalutariter ac laete. *Gi. C.* 4: 3. *etiam* كلوا واشربوا Edite et bibite *C.* 52: 18. *dein in genere* حالة هنية *eſt* ſtatus lautus, ſplendidus. *uti legend. T.* 340: 5.

هَنَّدَ Expolivit, acuit *enſem. Gigg. forte potius, notione a ſeq.* هند *ducta,* E ferro Indico confecit *enſem. Coll. Schol. ad Caab. v.* 51. هُنْدٌ, *Coll.* هُنُودٌ, Indi, gens Indica, *T.* 458: 2. *ſqq. hinc* هِنْدِيٌّ *et* مُهَنَّدٌ Ex Indico ferro confectus *enſis. Gi. T.* 468: 4. *item abſolute* هندي talis gladius. *T.* 320: 10. *inde, quum* enſes Indici *pro praeſtantisſimis habeantur, Gi. et Schol. cit., in Prov. abiit* قطع acies *T. l. c. et* وقع ictus الحسام الهند gladii Indici. *T.* 468: 4. *videntur autem iidem qui alias* اليمانيي Iemanenſes *audiunt, ſive quod in Iemana cudantur aut ex India allati vendantur, ſive Indiae nomine, latiori, ut ſaepe, ſenſu, etiam Arabiae Felicis partem includente.* هَنْدَسَةٌ Geometria.

Gi. a Perſ. أَنْدَازَة *Dimenſio, menſura. unde* Geometra *dicuntur* اهل الهندسة *T.* II. 448: 2. *etiam* هَنْدَسَة Geometria. *fig. T.* 202: 5.

هَيْنَم Q. Suſurravit: *et* ſubmiſſa voce legit. *cc* ب *r. T.* II. 934: 7. *coll. ſchol. ad Nawabig v.* 33. *inde* هينمة Vox ſubmiſſa. *Gi. et* lectio *Corani* tali voce facta. *uti pro* هنبمة *legend. T.* II. 936: 3.

هُنَا *et* هٰهُنَا Hic loci. *T.* 54: 2. *item* هُنَالِكَ Hic, illic, ibi. *C.* 7: 116. *et* هَاهُنَا *itidem* Hic. *Gi. C.* 26: 146.

هَاءَ *Fut.* O, *Act.* هَوْءٌ, Laetatus eſt *aliqua re. cc* ب *Ca. T.* 548: 2. *inde et Act.* هوء Oblectatio. *T.* II. 438: 4. 3, *etiam med. Kesrata,* Dixit, vocanti alteri: هاء *i. e.* ecce me, adſum. *cc* الى *p. Ca.* هَاءَ *et* هَا *Partic. Demonſtrandi, H.* הֵא *et Ch.* הָא *et* הֵא, Ecce. *Gi. nonnunquam cum alia voce coaleſcit, ut* هَاأَنْتُمْ هٰؤُلَاءِ Ecce vos illi! *C.* 3: 59 *et* هانذا Ecce ego *T.* II. 122: 7. *nonnunquam ſeparatim occurrit; ſic* ها انا ذا *T.* 316: 15. هَاءَ *etiam i. q.* هَاكَ Ecce tibi, *aut* cape. *in plur. masc.* هَاؤُمْ Ecce vobis, capite. *Gi. C.* 69: 19.

هَاجَ *Deperditum: hinc* هَوَجٌ Magna ſtultitia levitasque: *et* properantia. praecipitantia: *Gi. fig. procellae cuncta convellentis. T.* 580: 9. أَهْوَجُ, *Foem.* هَوْجَاءُ, Longus corpore, fatuus, properus. *Gi. pec. foem.* Camela velut ſtolida ex praecipiti celeritate. *H.* 4: 6.

هَادَ *Fut.* O, Factus eſt Iudaeus. *Gi. notio ducta ab* هُودٌ, *quod decurtatum ex* يَهُودٌ, *Coll.* Iudaei. *Cor. pasſim. item* هُودٌ *Nom.* prophetae Houd; *qui nonnullis eſt Heber, et miſſus fuerit ad antiquam gentilium Arabum tribum, Aad. C.* 7: 63. 11: 52. *etc. vide Marac. et Herbel.* 460. *ſq. eſt Nom. Cap. Coran.* 11.

هَارَ *Fut.* O, *H.* הוּר, *Or. in Cavando, excavando: hinc* Fracta *vel* luxata corruit *ſtructura, pars aggeris. Gi. ſic part.* هَارٍ *pro* هَارِي *de ora terrae fluctibus exeſa. C.* 9: 110. *fig. de exercitu. T.* II. 654: 4. V. Collap-

lapſus fuit, corruit. *etiam* Irruit: *pec. in hoſtem. unde Act.* تهور Ardor bellicus. *T.* II. 622: 12. VII. *i. q.* I. *C.* 9: 110. *fig. cum alluſione ad hunc locum, de crepidine diei collabente. H.* 4: 58. *n.* هَارُوتُ Harut, *Nom. angeli. C.* 2: 96. *vide Mar.*

هَاشَ *Fut.* O, Commiſti inter ſe et tumultuati ſunt *homines. Gi. etiam* Perturbatae *eorum res. T.* 610: 2. III. Commiscuit, immiscuit ſe *aliis. cca. pec. in bello;* adortus fuit *hoſtem. T.* II. 348: 9. *unde et hoc ſenſu Act.* مهاوشة *T.* II. 26: 12. *et* VI. Commiſti fuerunt inter ſe. *Ca. T.* 392: 8. هَوْشَةٌ Concitatio, turba, tumultus. *Gi. T.* 610: 4.

هَالَ *Fut.* O, *H.* הוּל, *pp. Quasſit, quaſſavit: dein* Terruit, terrore perculit. *ccap. Gi. inde Ag.* هايل Terrificus. *T.* 196: 4. II. *Idem: unde part.* مهول Terrificus, horribilis. *T.* 570: 5. هَالَةٌ Halo, corona circa lunam: *Gi. cum qua comparatur multitudo aſſeclarum aliquem cingens. H.* 1: 10. *et T.* II. 532: 3. هَوْلٌ; *Coll.* اهوال, Terror, res terribilis aliunde ingruens. *Ca. T.* II. 138: 3. *ſic* اهوال النفوس Terricula exitii. *T.* 40: 14. تَهْوِيلٌ *Act. in* II. Terror: terriculum. *pec.* Comminatio. *T.* 586: 7. *item* 2, Varii colores ex rubro, flavo, viridi: *aut* res eiusmodi coloreae *vel* verſicolores. *fig.* ornamenta *orationis. T.* 588: 10.

هَامَ *Deperditum: in* II. Nutavit capite et inclinando movit illud *homo ſomnolentus ſeu dormitans. Gi. ſic Act.* تهويم Nutatio dormiturientis. *H.* 5: 72. *n. notione ducta a* هَامَةٌ Caput cuiusque animalis. *Gi. T.* 236: 3.

هَانَ *H. et Ar.* הוֹן *et* הִין, *Origo in Laxitate; hinc* Levis ac facilis fuit *res T.* 346: 6. *etiam* lenis *alicuius durities et aſperitas. T.* II. 110: 6. 2, Vilis et contemtibilis *alicui* fuit. *cc* على *p. Gi. T.* 10: 12. IV. *Tranſ. τῆς ſign.* 2. Vilipendit, deſpexit, contemſit. *cca. Gi. C.* 89: 17. *et H.* 2: 94. *n. pec.* Ignominia affecit. *ccap. T.* II. 762: 2. VI. *Idem ſic Act.* تهاون *T.* 216: 3. X. *Idem. T.* 432: 4. هُونٌ *Act. ſign.* 1. *item* Commoditas. *unde* يمشي هونا Incedit placide commodeque. *Gi. C.* 25: 64. هَوْنٌ *et* هَوَانٌ *Act. ſign.* 2. *item* Contemtus. *T.* 339: 9. *ſic et* عذاب الهون pœ-

poena ignominiae *C.* 41: 16. هَيْن *et* هَيِّن Res facilis leviſque. *Gi. C.* 19: 10. *inde* بهيِّنك ولينك Summo tuo commodo. *T.* 364: 10. هَيْنة Commoditas, facilitas. *hinc* على هينتك Commodo tuo *incede, etc. Gi. T.* 612: 13. أَهْوَن Admodum facilis. *C.* 30: 26. *et* levis. *ſic in adag.* بعض الشر اهون من بعض eſt aliud malum alio levius. *T.* 316: 14. *item* Maxime deſpicabilis. *T.* II. 114. 11. اهَانة *Act. in* IV. Ignominia. *T.* II. 726: 5. مُهِين (*non* مَهِين, *quod, licet eodem fere ſenſu, ad* مهن *pertinet*) Ignominioſus; *praeſertim adhibetur de poena in Cor. ut C.* 2: 84 *etc.* مُهَان Spretus, contemtus. *C.* 25: 69.

هَوَي *Fut.* I, *H. et Ar.* הוה *et* היה, *Origo in Sidendo; hinc ſpec.* Decidit, delapſus fuit; *pecul.* ex alto. *ſic fig. in barathrum rebellionis. T.* 30: 10. *item* Occidit *ſtella. C.* 53: 1. 2, Praeceps fuit: celeriter perrexit. *cc* في *r. T.* II. 436: 5. 3, *abſolute* Ruit; *h. e.* Mortuus fuit. *Ca. et in genere* Periit. *C.* 20: 83. *item* هوي عقله Periit intellectus eius; mentis inops factus fuit. *T.* 250: 8. 4, Flavit *ventus. Ca. et* Difflavit *aliquem. cc* ب *C.* 22: 32. 5, *med. Kesr. Fut.* A, Amavit: voluit, cupivit, deſideravit. *C.* 2: 81. IV. *i. q.* I. *ſign.* 1. Decidit. *Ca. T.* 394: 1. *et Tranſ. huius,* Proiecit, deiecit, *Mar. pec.* Diruit *urbem. C.* 53: 53. X. Dementavit, faſcinavit aliquem *Satanas, et* ſeduxit. *cca. Gi. C.* 6: 70. *et confabulatio. H.* 5: 70. *item amor. T.* II. 230: 2. هَوًى, *Coll.* أَهْوَاء, Cupido, voluntas. *T.* 566: 6. *item* amor. *et quidem ſive* boni. *H.* 4: 40. *ſive* mali. *Ca. C.* 25: 45. هَوَاء Aër, ſpatium inter coelum et terram. *T.* II. 240: 2. *fig.* رواييح هوايه aurae aëris eius *blandiores aura matutina. T.* II. 404: 9. *item* هواء Vacuum omne et inane. *ſic* افيدتهم هواء Corda *impiorum* mera vaſtitas; *in ſtuporem et deſperationem mergens, ut quo ſe vertant neſciant. C.* 14: 44. *vid. Schult. ad H.* 5: 115. هَاوِيَة Barathrum. *item pec.* Orcus, infernus. *Gi. C.* 101: 6. *ubi et v.* 7. *ex Mar. et Mſ. legendum eodem ſenſu* هَيِّنة *vide*

Ma-

Marac. quod هيبة *quidem videri poſſet denotare* formam externam *orci, ab* هيب; *niſi ſimilis repetitio unius vocis v.* 1 *et* 2. *indicaret, illud, licet nullibi obvium, eſſe ex* هابية *contractum.* مَهْوِيّ, *Coll.* مَهَاوٍ, *et* مَهَاوِيّ, Interſtitium inter duos montes. *T.* II. 204: 4. *et* quod ei ſimile eſt, hiatus. *Gi. hinc omne* praecipitium. *T.* II. 146: 13.

هَاءَ *Fut.* I, *et* A, Paratus *fuit. cc* ل *Gi. T.* 476: 1. II. Recte diſpoſuit ac concinnavit *rem. cca. C.* 18: 9. *pec. exercitum T.* 64: 11. *unde Act.* تهيئة *et contracte* تهية *T.* II. 226: 12. V. *i. q.* I. *H.* 5: 90. *et* Paravit ſe *illi. cc* ل *Gi. T.* 166: 2. *etiam ad aliquid faciendum. cc* الي *T.* 366: 11. هيّا *Particula qua vocatur remotus, o vir!* heus tu! adesdum! *ſic geminatum* هيا هيا *H.* 5: 90. هَيْئَة Forma externa *rei T.* 22: 10. *etiam contracte* هَيَّة *C.* 3: 43. *et* هِيئَة, *pro* habitu *viri H.* 2: 74. *n.*

هَابَ *Fut.* A, Veritus, reveritus fuit; formidavit. *cca. T.* 500: 11. IV. Increpuit *gregem vel camelum*, ut conſiſteret *vel* rediret. *c c* ب *Gi.* οἰσματωσ. *a* هاب *vel* هب *Haab, Hab, voce increpantis vel vocantis equos. fig. de paſtore mortis T.* II. 518: 8. هَيْبَة Reverentia. *T.* 594: 17. *item* Timor, formido. *Gi. T.* 50: 11. مُهَابٌ Timendus et reverendus vir. *T.* II. 782: 11. مَهَابَة *Act. ſign.* 1. *et i. q.* هيبة *Gi. item* Maieſtas; auctoritas. *T.* II. 310: 5.

هَاجَ *Fut.* I, Concitatus fuit *pulvis, ira. et* Impetum cepit. *pec. dux cum exercitu. T.* II. 200: 6. 2, *Tranſ.* Concivit, incitavit. *Spec.* لا يهيج الرسل non irritavit laeſitve legatos. *T.* II. 120: 7. *n.* 3, Exaruit *planta Gi. C.* 39: 22. V. *i. q.* I. Concitatus, excitatus fuit. *pec. de viribus vitalibus. T.* II. 382: 6. هِيَاج *Act. et* Pugna, conflictus. *Gi. ſic* اسود الهياج Leones bellici. *T.* II. 192: 9. *item Spec.* Impugnatio, obſeſſio *loci. T.* 582: 14. هَيْجَا *et* هَيْجَاءُ, *pp. foem. a forma intenſ.* اهيج; *dein uſu ſubſt.* Praelium, conflictus, bellum. *Gi. ſic* ثيران الهيجاء Tauri bellici: *uti le-*

gendum T. 176: 8. *fig.* هرابة البلاغة praelium eloquentiae. *H.* 6: 256.

هاض *Fut.* I, Fregit ante conſolidatum *os.* 2, Recrudeſcente *ſeu* recidivo morbo affecit. *ccap. Gi. pec.* Vomitione ſimul iuncta cum alvi deiectione, ſive cholera. *H.* 5: 92. *n.*

هاط *Fut.* I, ονοματοπ. Clamavit, ſtrepuit, tumultuatus fuit. *Ca.* III. *Idem. inde Act.* هياط Vociferatio paſtorum cum pecudes ad aquatoria impellunt: *uti oppoſ.* مياط clamor, quo gregem ab aqua abigunt. *hinc iunctim* هياط ومياط tumultus bellicos et ſeditiones *pingit. H.* 4: 2. *v: n.*

هاع *Fut.* I, *et* A, Expanſa fuit *res. Ca.* 2, *Fut.* A, Puſillanimus, ignavus fuit. هيعة Ignavia. *item.* Sonus vel vox vehementior incutiens terrorem. *Gi. pec. praelii. T.* II. 194: 14. مهيع *et* مهيع Via ampla, patens, manifeſta. *Ca. H.* 1: 32. *translate ad ſtilum maſculum.* *T.* 554: 6.

هاف *Fut.* A, Collapſo ventre et tenuibus hypochondriis fuit. *inde* أهيف, *Coll.* هيف Extenuatus ventre et lateribus. *Gi.* هيف القدود exilis ſtaturae et tenuibus hypochondriis praediti viri; *cum quibus comparantur fracta malleorum hypochondria. T.* II. 160: 4.

هال *Fut.* I, Fudit, effudit, demiſitque *farinam, arenam; pec.* citra menſuram. *ccap et* هلي *r. inde* مهيل Effuſus, *pecul.* citra menſuram. *Gi. ſic de montibus inſtar* pulveris magna copia vento ſparſi *obruentibus. C.* 73: 14.

هام *Fut.* I, *vic. H.* הום, *pp. Aeſtuavit, gyravit, ſeu aeſtu vertiginoſo circumactus fuit; pec. prae ſiti, amore aut morbo; hinc* Vagatus fuit, palavit, furibundi inſtar. *ſic Ag.* هايم Errabundus. *H.* 1: 4. *et* 2, Sitivit. *Gi. hinc Prov.* هام في كل واد Aeſtu vertiginoſo vagatus eſt per omnem vallem; *de eo qui immodico animi fervore abreptus, in omnem intemperiem ruit. C.* 26: 25. أهيم *form. intenſ., Coll.* هيم Valde ſitiens et *prae ſiti* furibundus *homo vel camelus. Gi. fig. C.* 56: 55. *eodem ſenſu* هيمان Sitiens. *fig. de amaſio qui, quo plu-*

plura hauſerit oſcula, eo ardentius illa ſitit. T. II. 718: 11. مَهَامَةٌ Deſertum; *quaſi ſitiens. ſic celebre eſt* صحراء قفجاق Deſertum Capjacenſe *in magna Tataria T.* 348: 2. *vel* قبجاق *uti ſcribitur T.* 420: 5.

هَيْهَاتَ *Interiectio avertentis, depellentis, aut averſantis quid tanquam ineptum et indignum,* Procul, longe; procul eſto: apage. *Gi. etiam indignationem infert* هيهات هذا والله Abſit hoc, per Deum! *T.* 544: 5. *et cum emphaſi geminatur* هيهات هيهات Longisſime abiit. *C.* 23: 38.

و

وَ *Particula inſeparabilis, copulativa,* Et, atque. *ſicque differt a* فَ *vide ſupra p.* 555. *dein pro varia conſtructione varias aſſumſit notiones: ſic* 2, *eſt adverſativa* At, ſed. *H.* 5: 142. *uti et in* واما *C.* 2: 24. Autem: واياي Me autem quod attinet. *C.* 2: 38. Et tamen. *T.* II. 894: 10, 11. 3, *Disiunctiva, i. q.* او *Aut. ſic Adducite Suram* وادعوا aut advocate *teſtes. C.* 2: 21. *et* quamvis. *C.* 2: 8. 4, *coniunctiva i. q.* مع Una cum. *cca. ut* انا ومن اتبعني Ego cum eo qui me ſequitur *C.* 12: 108. 5, *tempus indicat,* Tum. *H.* 3: 164. *aut conditionem praemittendam:* ادع لنا ora pro nobis; واذا tum nos *directi erimus. C.* 2: 65. *etiam reſpondet* τῷ ان *in priori membro: ſic* ان افل *ſi occidit aſtrum coeleſte;* وقد طلع tum exoritur *aſtrum poeticum. H.* 5: 106. *ita et pendet ab* حين, *quando, H.* 5: 166. *dein,* 6, *locum notat,* Ibi. *ſic in* وسقوا, ومغفرة, وانهار, ibi fluvii, ibi indulgentia, ibi potabuntur, *etc. C.* 47: 16, 17. *item* 7, *Statum exprimit, i. q.* اذا Cum, *vel* dum: قال وهو dixit, dum *eſſet in anguſtia. T.* 66: 10. 8, *rationem reddit,* Nam, quoniam: والله يعلم Nam Deus ſcit. *C.* 24: 29. *porro* 9, *interrogationem continuat. C.* 10: 32. 10, *ſubinde vacat. Gi. ſic in* ولكن *ſed. C.* 12: 38. *in* وقد certe. *H.* 5: 84. 11, *peculiari uſu conſtituit initium ſermonis, cum tamen nihil praeceſſerit, cum quo coniunctum ſit: ut Graec.* καὶ, *nulla verſione exprimendum. T.* 48: 7. *et in multorum capitum initio.* 12, *notat.* Saepe. *ecg. vel*

vel plene ورب *H.* 4: 40. *vel et voce* رب *omiſſa*, *vid. Gjarumia p.* 89 *ſq. et Ibn Huggia ap. v. d. Sloot ad Tograi p.* 109. 13, *eſt particula iurandi:* والله per Deum. *c c g. praeſertim* ورب الكعبة per Dominum Caabae *T.* 104: 12. *dein per omne ſacrum, aut honoratum: ut* وراس الامير per caput imperatoris *T.* II. 842: 10. وابيك وابي per patrem tuum et meum. *T.* 544: 3. وحرمة الشيخ per reverentiam ſenis. *H.* 5: 128. والقران per Coranum. *C.* 36: 1. *quin et per quasvis res communes, per* equos, ficum, librum, ventos, montem, calamum, ſtellam, angelos, coelum, vesperam, mane, noctem, *etc. exſtant in Cor. iurandi formulae, quas collegit Reinec. ad C. l. c.*

وَأَدَ *Fut.* I, Vivam defodit tumulove condidit *filiam. c c a. qui quondam paganis Arabum quibusdam, ex. gr. Kinditis, mos fuit. vide Poc. Hiſt. Ar.* 334 *ſq.* مَوْؤُودَةٌ Quae viva ſepelitur *puella. Ca. C.* 81: 8.

وَأَلَ *Fut.* I, *vic. H.* יאל, *i. q.* الى *in Orig. Vertendi, ſive flectendi; hinc* Confugit *ad alium. c c:* الى, *etiam* Effugit, ſalvus evaſit. *Gi. inde* مَوْئِلٌ Refugium, aſylum. *Gi. C.* 18: 57. *et H.* 5: 122. *n.*

وَاهًا *Admirandi et laudandi particula*, Papae, euge: o praeclarum *virum. c c.* على, *vel et c c* ل. *H.* 3: 172.

وَبَأَ *forte Hebraeis fuit* ובא, *Ezech.* 23: 42. *item* יבא *et vic.* יבה, *in Orig. Micandi; unde i. q.* ومى Digitum protendit *in aliquem*, indicandi quid ergo: innuit *illi. c c.* الى *p. Gi.* 2, *alio flexu* Peſtilentia implevit infecitve. *Mar. inde* وَبَاءٌ Morbus epidemius et communiter graſſans: *pec.* Peſtilentia. *Gi. T.* 126: 6.

مُوبَذ *et* مُوبَذَان, مُوبِذ, *Coll.* مَوَابِذَةٌ *et* مَوَابِذ, *Perſicum*, Magorum ſeu magicae religionis antiſtes ſive ſapiens: iuris et ſacrorum apud paganos Perſas peritus et ſacerdos. *Ca. T.* II. 390: 4. *fig.* موابذة الحل والعقد Antiſtites ſolvendi et ligandi; *pro iis penes quos elegantioris literaturae arbitrium. H.* 6: 190. *v. n.*

وَبِرَ Piloſus fuit. *Gi.* وَبْرٌ Animal quadrupes fele minus; pulve-

veraçei coloris, cauda carens. *Gi. ſc.* longiore cauda. *Demir. convitii loco uſurpatur. T.* II. 892: 16. وَبَرٌ, *Coll.* اوبار, Camelini, caprini, leporini, aliive molles eiusmodi pili; qui et animalium ſuorum lana dici ſolent. *Gi. C.* 16: 82. *unde* اهل الوبر, Nomades ſeu ſcenitae Arabes, qui tabernacula ex pilis caprinis confecta habitant: *oppoſ. τῷ* اهل المدر, Arabibus oppidanis, domuum ſeu urbium incolis. *T.* II. 330: 2.

وبش Albo nigroque variegata et erodente ſcabie laboravit, *camelus: unde ad faecem populi transfertur. hinc* وَبْشٌ, *Coll.* اوباش, Turba hominum: *pec.* miscellanea et diverſo genere conſtans, confuſa ac infimae ſortis. *Gi. idem fere quod* ابولش, *vel* اوشاب, *cum qua voce iungitur T.* 366: 4. *pec. pro* militibus gregariis, *oppoſ. ducibus. T.* II. 350: 9.

وَبَقَ Periit, interiit. IV. *Tranſ.* Exitio dedit, perdidit. *c c a. Gi. H.* 1: 16. *hinc* مَوْبِقٌ Locus exitialis. *Gi. item* Vallis quaedam in Gehenna. *etiam* Interſtitium, et quidquid intervenit inter duas res: *aut* quod rem aliquam perdit. *Ca. C.* 18: 50. *cum quo loco conf. ſimilis fere figura Luc.* 16: 26.

وَبَلَ *H. et Ar.* ובל *et* יבל, *Origo in Pellendo, protrudendo; ſic ſpec.* Acriter perſecutus fuit, vehementer propulit *praedam.* 2, *Fut.* يَبِلُ *Iebilo*, Imbrem effudit, copioſe et vehementer pluit *coelum.* وَبْلٌ *et* وَابِلٌ Imber. *Gi. C.* 2: 266. *quocum comparatur exercitus. T.* 592: 17. *translate pro* copioſa eloquentia. *H.* 3: 174. *n. item, oppoſ. τῷ* طل *rori ſeu pluviae tenui, pro* homine copioſiſſimae ſcientiae *H.* 2: 46. *n. etiam pro* magnis opibus. *T.* II. 712: 7. وَبَالٌ Gravitas aëris: *dein* Noxa, moleſtia. *Ca. T.* 338: 13. *pec. quae poenae loco eſt uti pro* وذال *legend. C.* 5: 96. وَبِيلٌ Ingens et vehemens *ictus, et poena. C.* 73: 16 *item* Sanitati gravis, inſalubris. *dein generatim* noxius, periculoſus: *ſpeciatim adhibetur de conſiliis. T.* 328: 2. *hinc et de* turpi *facto: T.* II. 120: 13.

وَتَدَ *H. et Ch.* יתד, Firmiter adegit, impegitque, *ſeu* depegit, *palum. c c a. Gi.* وَتِدٌ, *Coll.*

 اوتاد,

اوتاد, Palus, paxillus; qui in terra *vel* pariete pangitur. 2, *translate* اوتاد, Montes *terrae. item* Capita et proceres *urbis, aut regni. Utraque notio iungitur T.* 228: 4. *coll. ad priorem C.* 78: 7. *fig.* ثبتت اوتاده firmati ſunt eius paxilli; *i. e. ſtabile fuit eius regnum dominiumve. T.* 134: 11. *eadem translatione qua Ieſaiae* 22: 23. *hoc forte ſenſu etiam* ذو الاوتاد *h. e.* firmisſimi regni Dominus *dicitur Pharao C.* 38: 11. *Coll. C.* 89: 9. *quod alii de* magno eius comitatu; *alii de* inventione novi ſuppliciorum generis *explicant. vide Mar. et Sale.*

وَتَرَ *Fut.* يَتِرُ, *Act.* وَتْرٌ *H. et Ar.* ותר et יתר, ονοματοπ. *de ſono tir; ſeu tremulo tinnitu, quem reddit tenſa chorda etc. hinc et* Terrefecit. *ccap. Ca. mox generatim* Re ingrata proſecutus fuit. 2, *pec.* Imminuit, defraudavit *eo quod iure deberetur, aut in aliqua re. ccga. Gi. C.* 47: 37. 3, Singularem et discretam effecit *rem*, ſeorſim, ſeparatim fecit. *cca. quo ſenſu Act.* وتر *Opp.* τῷ شفع *C.* 89: 2. VI. Sigillatim, alii poſt alios conſecuti *vel* adducti ſunt *libri, etc. hinc Act.* تواتر Continua ſucceſſio: *pec. teſtium rei. T.* II. 606: 1. وَتَرٌ, *Coll.* اوتار, Nervus, chorda; *ſive arcus, ſive citharae. Gi. T.* II. 404: 12. *item* Vindictae cupido, ultio. *utraque notio iungitur T.* 386: 6. *ubi legend. e Mſ.* اذا عقدوا الاوتار اصابوا الاوتار quando nodabant nervos *arcuum*, attingebant ultiones. وَتْرَى *et* وَتْرًى, *pro quibus et* تَتْرَى *et* تَتْرًى, ſeorſim, ſigillatim, alii poſt alios. *Gi. oppoſ.* τῷ ارسالا turmatim *T.* II. 364: 7. *ſic et e Mſſ. legend. pro* نترى *T.* 604: 12.

وَتَنَ *H.* יתן *et Ch.* ותן, *pp.* Perennis et indeſinens fuit *aqua, fluxus etc. Gi. hinc* 2, Laeſit ictu lethali in vena cordis. *ccap. notione ducta a* وَتِينٌ Vena de qua cor ſuspenſum manet. *Ca. qua laeſa moriendum ſit C.* 69: 46.

وَثَبَ *Fut.* يَثِبُ, *H.* ישב *Aram.* יתב, *Origo in Sidendo: unde tum notio ſedendi, pec. conſidendi ad inſiliendum, inſiliandi; tum abſolute* Saliit, aſſilivit, *ſic de interno cordis motu H.* 6: 244. *n. etiam* Inſilivit, irruit *in aliquem. cc* على *T.* 594: 10. VI. Inſiliit, *in alium*, obruitve *eum.*

eum. ccap. T. 610: 3. *item* Inſilierunt, irruerunt in ſemet invicem. *T.* II. 362: 17. وُثُوبٌ, وِثَابٌ, *et* وَثْبَةٌ *Act. Coni.* I: Aſſultus. *T.* 194: 11. *hinc in Prov. abiit.* وثوب الطبيب Impetus leonis in praedam. *T.* II. 622: 8. *dein* Expeditio ſeu excurſio. *T.* 64: 7.

وَثِقَ *Fut.* يَثِقُ, *H.* יתק, *Origo in firmo et ſtabili; hinc firmavit ſe: pec.* Confiſus et fretus fuit *aliquo. cc* ب *fig. ictu fulguris alicuius. H.* 2: 116. III. Foedus pactumve inivit *cum aliquo ccap et* ب *r. C.* 5: 10. IV. Ligavit, conſtrinxit *aliquem. cca. C.* 89: 26. VI. Stipulati fuerunt inter ſe. *T.* II. 678: 13. X. Confirmatus, firmus et conſtans fuit *in negotio. cc.* في *T.* II. 634: 10. *item* Fiduciam poſuit *in aliqua re. cc* في *T.* 192: 7. *etiam Tranſ.* Confirmavit, ſtabilivit, *aliquem in imperio. ccap. T.* 424: 5. وَاثِقٌ, *foem.* ة, *Ag.* Confiſus. *cc* ب *T.* 160: 9. *item* firmus, fidus. *pec. de iuramento T.* 294: 5. وِثَاقٌ Vinculum, quo aliquid ligatur. *Gi. abſolute pro captivitate. C.* 47: 4. *etiam pro* Caſtris. *T.* II. 236: 5. وَثِيقٌ *i. q.* محكم Firmus, ſolidus: Stabilis, conſtans. *Gi. ſic de turri. T.* II. 420: 1. وَثَاقَةٌ Firmitas; *fig. arcis inſtar fidei Muhammedicae T.* II. 202: 2. أَوْثَقُ, *foem.* وُثْقَى, Admodum firmus: *de anſa, tranſlate pro religione. C.* 2: 257. *dein* Tutiſſimus. *T.* 352: 11. *etiam* Valde tenax: *ſic* اوثق من كف بخيل Tenacior manu avari; *uti legend. T.* II. 284: 12. مُوثَقٌ Vinctus, conſtrictus. *T.* II. 632: 13. مَوْثِقٌ Securitas, ſtipulatio; *pec.* iure iurando *per Deum* aſtricta. *C.* 12: 66. مِيثَاقٌ Foedus. *paſſim in Cor. item* Sanctio, *ſive* confirmatio *foederis. C.* 2: 25.

وَثَنَ *Deperditum: unde* IV. Liberaliter largitus fuit, largiter donavit. *ccap.* وَثَنٌ, *Coll.* أَوْثَانٌ, Idolum. *Gi. C.* 22: 31. *et T.* 350: 13.

وَجَبَ *Fut.* يَجِبُ, *videtur H.* נגד, *cogn.* جب, *pp.* Cecidit *res: pec.* cum ſonitu et vehementiore lapſu. *Gi. C.* 22: 37. *dein* 2, Neceſſaria fuit *res. H.* 6:

6: 246. *n. et* Neceſſe fuit quid agere *vel* pati. *cc.* ب *p. vel* علي *T.* 288: 11. IV. *Tranſ.* Fecit ut quid neceſſario fieret vel eveniret; efficiens cauſa fuit. *c c a. H.* 4: 40. X. Meritus et dignus fuit *aliqua re. c c a. pec. morte*, *ſupplicio T.* II. 826: 10. وَاجِبٌ Neceſſarius. *Gi. et* decens. *T.* II. 212: 4. وُجُوبٌ *Act. ſing.* 2, Neceſſitas. *Gi. T.* II. 576: 4. مُوجَبٌ Affirmata *propoſitio. Phil. item* recepta ab omnibus ſicque neceſſaria regula, agendi norma; *ſeu Gall.* Maxime. *T.* 30: 7. مُوجِبٌ *part. in* IV. *H.* 4: 40. *dein* Efficiens, cauſa. *pec.* من غير موجب Absque culpa *T.* II. 14: 7.

وَجَدَ *Fut.* يَجِدُ, Invenit *rem quaeſitam. c c a. H.* 2: 72. *n. et cc* علي *C.* 31: 20. *habet quasdam notiones ſpeciales: ſic* Reperit *quid*, comperit. *c c a.* comperit *aliquem orphanum*, *etc. c c g a. C.* 93: 6 *ſqq.* invenit *aliquem alicui rei deditum. c c a p. et* علي *r. C.* 7: 27. Senſit *odorem. C.* 12: 94. Feriit *ſcopum. T.* 386: 7. 2, Recuperavit *rem amiſſam. c c a, vel et hominem. T.* 436: 4. 3, Satis habuit opum *vel* acquiſivit, opulentus fuit. *T.* 506: 2. 4, Iratus fuit, ſuccenſuit *alicui*, occaſionem obiurgandi *vel* adoriendi invenit. *c c* علي *p. q. d. invenit quid contra eum: quod et dicitur* وجد طريقا عليه *T.* 164: 12. 5, Amore *alicuius* magno percitus et extra ſe raptus fuit. *Gi.* وَجْدٌ, *Coll.* وجود, *Act. ſign.* 3. *et ipſa* Opulentia ac divitiae. *C.* 65: 6. وُجْدٌ. *Act. ſign.* 5. *et*, *Coll.* وجود, Amor ingens atque ecſtaſis. *T.* 556: 5. *etiam pro* altisſima meditatione *T.* 20: 10. وُجُودٌ *Act. ſign.* 1. Inventio *T.* II. 356: 1. *item* Exiſtentia. *ſic.* مع وجودك انت *i. e.* te exiſtente. *T.* 402: 9. *fig. Turbo dicitur abradere aliquem* من شجرة الوجود ab arbore exiſtentiae. *T.* 212: 4. *inde*, *quod etiam poſſet eſſe Coll. a* وجد *praecedente*, لوح وجود Tabula cenſualis. *T.* II. 132: 14. جِدَةٌ *Act. ſign.* 3, Opulentia. *H.* 3: 130. مَوْجُودٌ, *foem.* ة, Inventus, compertus: praeſens, exiſtens. موجود *abſol.* Opes eius. *T.* II. 144: 5. *et* موجودات τα οντα, Entia, quae exiſtunt. *Gi. T.* 502: 8.

وَجَرَ *H. et Ar.* יגר, *Origo in Fle-ctendo, flexu contrahendo; unde translatum ad contractionem meticuloſam ſui vel et declinationem et inflexionem ſui;* Pavit metuitque *ab aliquo. cc* من. *hinc et* وِجَارٌ, Luſtrum ſeu latibulum *hyaenae, etc. Gi. T.* 384: 7. *binc pro* domo *alicuius et ſe*de patria, *iunctim cum* نجار *H.* 6: 256. *n. et T.* 194: 5.

وَجَزَ Brevis et compendioſus fuit *in ſermone. cc* في *Ca. unde* وجيز In epitomen contractus *ſermo. Gi. et* redacta *ars. T.* 274: 4. IV. *Tranſ.* Abbreviavit, compendio contraxit *orationem, librum. cca. Gi. H.* 6: 196. *binc Act.* إيجاز Compendioſus ſtilus, *oppoſ.* اطناب *T.* II. 964: 8.

وَجَسَ *Deperditum, unde* IV. أَوْجَسَ Concepit *animo timorem. cc* في *et ca C.* 11: 73. V. *idem et* Auſcultavit ſubmiſſum ſonum, eive audiendo aurem admovit. *Gi. notione ducta a* وجس, *voce per* ὀνοματοπ. *facta*, ſubmiſſa vox, lenis ſonus. *Gi. dein* V. *in genere* ſubolfecit, odoratus fuit, perſpexit *rem. H.* 2: 90.

وَجَعَ *H.* יגע, *cogn.* جاع, *Origo in biando; binc* Doluit, correptus dolore fuit. *T.* II. 886: 2. IV. Dolore et torminibus aliquem affecit. *ccap. T.* 256: 7. وَجَعٌ Dolor. Morbus. *T.* II. 886: 4.

وَجَفَ Vacillavit, commotum fuit, palpitavit *cor.* 2, Incitatiore greſſu inceſſit *camelus, equus.* IV. *Tranſ.* Ita incedere fecit *camelos equosve. cca. C.* 59: 6. وَجْفٌ *Act. ſign.* 1. *Ca. T.* 322: 6. وَاجِفٌ Palpitans *cor. Gi. C.* 79: 8.

وَجَلَ *Fut.* يَوْجَلُ, Timuit ſibi *ab alio. cc* من *Gi. C.* 15: 53. وَجَلٌ, *Coll.* اوجال, *Act. et* Timor, pavor. *Gi. T.* II. 826: 3. *binc phraſis* كان منه على وجل cavit ſibi ab eo: *quod Belg. dicimus, tegen icts op zyn hoede zyn. T.* 128: 1. وَجِلٌ, *Coll.* وجلة, Meticuloſus, pavidus *vir. Gi. T.* II. 64: 5. *et de corde C.* 23: 62.

وَجَمَ Dolorem concepit *ex aliqua re: et* prae eo, *ſive* prae ira *aut* indignatione, conticuit oculosque humi defixit. *cc* من *r vel c* عن *r. etiam prae metu. T.* II. 86: 3.

وَجَنَ Contudit ſubegitve: *ut fullo*

lo pannum. cca. Gi. وَجْنَةٌ Mala, gena; ſc. ſuperioris maxillae pars ſub oculis protuberans. Gi. T. II. 32: 5.

وَجَهَ Percusſit in facie. ccap. 2, Pronus in faciem concidit, proſtravit ſe, honoris cauſa. T. 494: 10. 3, med. Damm. Honore et auctoritate Spectabilis fuit. Gi. II. Convertit. unde وجه عنانه قصده flexit habenas propoſiti ſui T. 424: 8. et وجه عنان الركاب i. e. Profectus fuit. T. 512: 1. pec. وجه وجهه لله Convertit ſe ad Deum; ſe Deo dedidit, eumve reſpexit. Gi. C. 6: 79. 2, Miſit aliquem ad alium ccap et الى alt. vel ad peragendum negotium. ccap et في r Gi. C. 16: 78. III. Coram ſe oppoſuit alteri. cca. T. II. 938: 14. unde جهة مواجهة latus oppoſitum. T. 476: 9. V. Se convertit, recepitque aliquo. C. 28: 21. Spec. Profectus fuit: tetendit cc الى. ſic part. متوجه T. 256: 9. aut et cc نحو T. 54: 16. وَجْهٌ, Coll. وُجُوهٌ, et أَوْجُهٌ, Facies: vultus. fig. T. 610: 16. ſic ذو وجهين duplici fronte praeditus; nummus et hypocrita. H. 3: 164. hinc طلق الوجه Exporrectus vultu; pro hilari. H. 1: 62. et على وجهه i. e. coram illo. C. 5: 107. translate autem وجه eſt 2, ipſa perſona: ſic اراد وجه الله i. e. Quaeſivit, coluit, Deum. C. 6: 52. ſic phraſis plena اسلم وجهه لله tradidit faciem Deo C. 2: 106. alibi exſtat اسلم لله tradidit ſe Deo. C. 2: 125. inde et كرم الله وجهه Honoret Deus faciem eius, ſ. illum; formula bene precandi, quae nomini Imperatoris Ali addi ſolet. T. II. 874: 9. n. uti صلى الله عليه nomini tantum Muhammedis. 3, Anterior ac obvia pars rei cuiusque Gi. ſic وجه النهار facies diei; pro diluculo T. 326: 3. quod et opponitur تو آخره poſterioribus eius, ſeu veſperae. C. 3: 65. 4, Modus rei et ratio: ſic obſtruere alicui وجه الخلاص viam, media, effugiendi. T. 158: 9. 5, Honos, auctoritas: vulgo reſpectus C. 28: 88. et hinc 6, in Coll. Primates et proceres urbis, provinciae. Gi. T. 410: 1. وُجَاهٌ, et cum prima Damm. Quod oppoſitum eſt et facie obverſum. ſcribitur et تجاه T. 638. 6. uti وجاهك, E regione tui, ex adverſo, etiam effertur تجاهك, cf. ſupra p. 100. وَجِيهٌ Spectabilis exiſtimatione et auctoritate, vir. Gi.

Gi. C. 3: 40. جِهَةٌ Latus rei. مِن جهته a parte ſui, ſuo nomine. *T.* 200: 4. *eſt et terminus Genealogicus T.* 24: 14. *item* Tractus, regio. *T.* 80: 4. وِجْهَةٌ, Latus, *et* tractus, in quem quis tendit *aut* quid vergit. *pec. ad quem ſe convertunt precantes. C.* 2: 143. وَجَاهَةٌ Dignitas, auctoritas. *T.* 142: 9. مُوَاجَهَةٌ *Act. Coni.* III. *et Adverb.* Coram, in os. *Gi. pec.* cominus; *in pugna. T.* 132: 16.

وَجِيَ *H.* יגה, *Vic.* وَجَأَ *in Origine Scindendi, amputandi: unde med. Kesr. pec.* Laboravit ex ungula, attenuatam tritamve habuit, *equus. Gi.* وَجِيٌ *Act.* Conſciſſio ungulae *equinae*, ex lateribus aut asperitate viae orta. *etiam* dolor in interiore parte pedum *hominis ex inceſſu ſine calceis. H.* 3: 140. *n.*

وَحَدَ *et* وَحُدَ *H.* אחד, Unicus et incomparabilis fuit. II. Unum effecit, *et* unum eſſe dixit. *cca.* V. *huius Paſſ.* Unicus factus fuit. *et* Separatim et ſeorſim manſit. *ſic part.* مُتَوَحِّدٌ Singularis, ſeparatus, unicus. *T.* II. 224: 3. VIII. اتَّحَدَ *Idem. Ca. T.* II. 720: 5. وَحْدٌ Singularis; ſolus, unicus. *vel* Talem eſſe. *et* Solitudo. *unde dicitur* انت وحدك Tu ſolus: هو وحده Ille ſolus. *etc.* κατ' ἐξοχὴν وحده, Solus ille, *additur nominibus divinis. C.* 17: 49. *et T.* II. 358: 16. وَاحِدٌ, *foem.* ة, *Coll.* وُحْدَانٌ, Unus. *pec. de Deo. C.* 12: 39. *etiam* primus. *C.* 36: 49. unius generis cibus, طعام واحد *C.* 2: 58. *item* Unicus, incomparabilis: *hinc* واحدة *abſolute* Dictum elegans, unicum in ſuo genere. *T.* II. 190: 18. كل واحد Quilibet. *T.* II. 206: 2. كالنفس واحدة Inſtar animae unicae, *Adag. de conſenſu mutuo. H.* 4: 6. *pro* واحد *etiam* حادي *ponitur ut* حادي عشرية undecimus *T.* 300: 1. *in Coll.* وحدان Uni, ſinguli, ſeparati, *T.* 580: 2 وَحِيدٌ *idem*, Unus, unicus. *Gi. hinc* وحيد العصر Phoenix ſeculi ſui. *T.* 32: 9. حدة Separatum et ſeorſim eſſe: على حدة ſeorſim, ſeparatim. *Gi. T.* II. 420: 11. تَوْحِيدٌ *Act. Coni.* II. *pec.* Cultus unius et unici Dei: *ſeu* religio quae talem

 Dei

Dei cultum profitetur; *ſpec.* Muhammedana. *Ca. fig. T.* 530: 6. 7. *unde* موحد Qui illam ſectam profitetur, Muhammedanus. *T.* II. 202: 2.

وحش *Origo videtur eadem quae in* حس, حش *etc. ſc.* ὀνοματοποιΐα, *a ſono ſtrepero rei aridae; unde transfertur ad* regionem deſolatam et deſertam: *hinc* X. Moeſtus ac triſtis fuit, moerorem concepit. *Gi. pec. ob vaſtationem loci. T.* 644: 12. وَحْشٌ *Coll.* Animal ſilveſtre, fera, bellua. *T.* 370: 8. *etiam in Coll.* وحوش *C.* 81: 5. *fig. pro* feroci milite: *uti pro* وحوش *legend. T.* II. 246: 9. وَحْشَةٌ Solitudo. *T.* 644: 13. *dein* metus, pavor. *Ca. T.* II. 104: 6.

وحي *Origo in ſtridore, ſtrepitu camelorum; hinc transfertur ad lene quodvis murmur, vocemque obſcuram: unde ſpec.* Indicavit: ſuggeſſit. revelavit. *c c.* الي *aut* ل *p. et ar.* IV. *idem, ſc.* Indicavit. *C.* 19: 12. *Spec.* Innuit *nictu oculi. H.* 6: 272. *item* Revelavit Deus: *pec. Coranum. C.* 12: 3. X. Inclamavit *alios* ut ſuppetias venirent mitterentve *aliquem. c c a p. Gi. T.* II. 330: 2. وَحْيٌ *Act. ſign.* 1. *pec.* revelatio divina. *C.* 20: 113. *fig.* وحي اللذات Inſpiratio voluptatum. *T.* II. 422: 18.

وخد Pedes iactans, ſtruthio cameli more, inceſſit *camelus. Gi. vel* Celeri, *aut* diducto gradu inceſſit *homo. Ca.* وَخْدٌ *Act. vel ipſe* Inceſſus ille: *pec.* velocior. *T.* 350: 3. *n.*

وخم *cogn.* وحم *et H. et Ch.* יחם, *in Origine Ardoris, ferveris interni: hinc pec. Med. Keſr.* Male habuit ex indigeſtione ſtomachi, et cruditate, gravatus fuit *cibo. Gi. inde* وَخِيمٌ Gravis et noxius ſanitati *cibus. et in genere* Noxia res. *ſic de conſilio. T.* II. 676: 8.

وخي *videtur vicinae originis cum* وحي, *ſc. Strepitus. pec. pedum; unde i. q.* سار Profectus fuit. V. Intendit, propoſuit, potius habuit. *T.* II. 970: 9.

ود *Fut.* O, *H. et Aram.* ידד, *pp. Tetendit: dein Extendit ſe verſus aliquem vel aliquid;* Amavit, dilexit. *c c a p. ſic hominem. H.* 4: 16. *etiam rem. C.* 3: 114. *fig. oſcula enſium. T.* II. 248: 11. 2, Optavit *facere aliquid. c c* لو *C.* 2: 103. *et c c* ان *C.* 2: 99. *etiam fieri illud. T.* II. 108: 11. III. *i. q.* I. *ſign.* 1. Dilexit. *c c a p. C.* 58: 22. *item* Recon-

conciliavit *aliquem ſibi. ccap. T.* II. 260: 4. وُدّ Amor, amicitia. *H.* 6: 252. *item pcc.* Miſericordia, *ſeu*, gratia divina. *C.* 19: 96. وُدّ *idem. Spec.* Nom. idoli; *ſc. primum culti a gente Noachi, poſtea a Kelibitis Arabum, in Doumato 'lGjendeli. C.* 71: 22. *coll. Marac. cum Poc. Hiſt. Ar.* 93. *et Hotting. Hiſt. Or.* 234. *ſq.* وُدَادٌ, *etiam cum prima Phat. aut Damm.*, Amor. *et* amicitia. *H.* 4: 26. وُدُودٌ *et* وَدِيدٌ, *Coll.* أَوِدَّآءُ, Amans, amicus: multum diligens. *Gi. H.* 4: 28. *pec. de Deo. C.* 85: 14. مَوَدَّةٌ Amor, amicitia. *Gi. ſic oppoſ. ad* عداوة *C.* 5: 58. *fig. frequentata* مرابض المودة cubilia caritatis *T.* 128: 10.

وَدَعَ *Fut.* يَدَعُ, *H. et Aram.* ידע, *pp.* Poſuit, collocavit: depoſuit. *cca. ſic vitam; ut nonnulli codd. T.* 38: 9. *n. pec.* Repoſuit aſſervandam *rem, ut veſtem, etc. cca. Ca. et hominem. T.* 638: 5. 2, Sivit, miſſum fecit. *cca. qua ſign. vix aliter uſurpatur quam in Imperativo: non autem in Praet. pro quo dicitur* تَرَكَ: *niſi forte apud poëtas. Gol. occurrit tamen Fut. ſenſu* omittendi *H.* 4: 26. *et Praet. ſenſu* dimittendi. *T.* 340: 2. 3, *licet minus bene aut uſitate*, Quiete placideque *cum aliquo* egit, tractavit *illum. cca. T.* II. 84: 13. II. Reliquit, dereliquit, *aliquem. cca. C.* 93: 3. *et* Valedixit. *H.* 1: 32. IV. Depoſuit *rem*, ſervandam dedit. *ccga. T.* 956: 15. *item Metaph.* Commiſit *alicui arcana ſua:* communicavit *ſermonem, eove* allocutus fuit. *ccga. H.* 2: 102. *etiam* Pro depoſito, *ſive* in cuſtodiam ſuam, accepit *rem. et hominem. cca. T.* II. 752: 8. X. Servandam depoſuit *rem. ccga. T.* II. 152: 10. *et in genere* Commiſit commendavit *aliquem, pec. Deo. ccga. T.* 172: 4. دَعَةٌ Tranquillitas: quies. *pro ſomno. H.* 5: 108. *pro ſtatione exercitus ſecura et tuta. T.* 96: 5. وَدَعَةٌ Conchae marinae, quae laevigatoria vulgo et Veneris *dicitur*, genus puſillum et albicans. *Gi. T.* II. 986: 10. مُسْتَوْدَعٌ Locus ubi quid deponitur cuſtodiendum. *Gi. hinc* Uterus: *Ca. et* Sepulcrum. *C.* 11: 8.

وَدَقَ Stillavit. وَدْقٌ *Act. et* Pluvia ſtillans: *pec.* continuo. *Meid. C.* 24: 43. *ſic et nullo ſenſu* الودق *legit Hinck. C.*

69: 7. pro quo Mar. et Mſ. الـغـوم.

وَدَى *H. et Aram.* ירה, *pp. Tetendit ; hinc pec.* Pretium redemtionis homicidii ſolvit *alteri. ccap. Ca.* II. *idem C.* 4: 61. *ubi vero ex Mar. et Mſ. legend.* تـودوا. IV. Periit. *Gi. H.* 3: 138. *et* Abſtulit *eum mors. cc* ب *p. T.* 186: 6. *item* Perniciem intulit *alicui ccap. T.* II. 738: 8. دِيَـةٌ Pretium, pecunia aut aliud, quo redimitur expiaturve caedes. *Gi. C.* 4: 94. وَادٍ, *Coll.* أَوْدِيَـةٌ, Locus depreſſior et apertus inter montes colleſve *aut* arundineta: *ſc.* Vallis. *C.* 14: 40. *et* alveus fluvii *T.* II. 320: 5. *et ipſe* Fluvius, flumen. *C.* 9: 122.

وَذَرَ, *Fut.* يَذَرُ, *pp.* Incidit, vulneravit. *Ca. etiam pro Wadira, Fut.* يَذَرُ, *praeſertim in Fut. et Imperat. uſitatum ut* ودع, Reliquit, miſſum fecit. *ccap. Gi. variis uſibus: ſic* Neglexit, non curavit *rem*, *C.* 75: 21. Reliquit, deſeruit *aliquem. C.* 3: 173. *pec.* Reliquit *Deum*, invocando *alium. C.* 37: 125. Reliquit *aliquid* morte ſua. *C.* 2: 234. Reliquit *alicui aliquem*, tradidit: *H.* 6: 206. Intactum reliquit, praeteriit *quid ventus urens. T.* II. 472: 6. *ex C.* 51. 42. Paſtum dimiſit *camelum. C.* 11: 67. Reſtituit iniuſte acquiſitas *opes. C.* 2: 278.

وَذَلَ Reſecuit vel reſectam accepit carnis partem. وَذِيلَـةٌ Fruſtum ſegmentumve argenti: *pec.* politi. *Ca. hinc, idiomate Arabum Hudeilitarum, i. q.* مرآة, Speculum. *Gi. ſic et fig. T.* 228: 12.

وَرِثَ *Fut.* يَرِثُ *H.* ירש *et Aram.* ירת, *cogn.* ارث *in Origine Nectendi, annectendi*, ἔρειν; *hinc* Heres evaſit, hereditate accepit. *ccar et* من *p. C.* 7: 98. *vel ccap. C.* 27: 16. *peculiari phraſi* ورث كابرا عن كابر Hereditate, ſucceſſione, continua tenuit *regnum. Gi. T.* 228: 2. IV. Heredem fecit. *ccga. pec. Deus hominem. C.* 7: 125. *fig. Iniuria* اورثته ضغينة heredem illum fecit odii *T.* II. 754: 11. وِرْثٌ, *pro quo et* إرْثٌ, *quod vide ſupra ad* ارث; *item* وِرَاثَـةٌ, *et* تُرَاثٌ *Act.* Hereditas *Gi. pec.* poſſeſſio, bona hereditaria. *C.* 89: 20. *item* Ius hereditarium, *oppoſ.* τῷ كسب *T.* II. 238: 13. وَارِثٌ, *Coll.* وَرَثَـةٌ, Heres.

oppoſ. τῷ حارث ſive illi, qui labore aliquid acquiſivit. *T.* II. 928: 6. *item in genere* Qui ſuperſtes manet poſt aliorum interitum. *Ca. C.* 2: 233. *pec.* Heres *dicitur Deus urbium quarum incolas perdidit. C.* 28: 58. *et* خير الوارثين Optimus heredum. *C.* 21: 89. *quo ſenſu et eius dicitur* ميراث Hereditas *coeli et terrae C.* 3: 176.

وَرَدَ, *H. et Aram.* ירד *et* ורד, *pp.* Acceſſit, advenit, deſcendit, potus *vel* adaqnandi ergo. *C.* 28: 22. *fig. in Gehennam C.* 21: 99. *ſic et* حوض مورود Adeunda piſcina. *T.* 504: 11. *dein* 2, *in genere* Deſcendit: *mox* Adfuit, praeſens fuit. IV. *Tranſ.* Deſcendere fecit *in aquam. ccga. fig. in ignem. C.* 11: 100. *et T.* 158: 4. *et ad perniciem, ut part.* مورد *T.* 18: 9. *quo ſenſu et Act.* ايراد *T.* 236: 8. *n.* VI. Deſcenderunt invicem aquatum. *fig. in elegantias allegationum, i. e. iis ſe recrearunt. H.* 3: 124. *n. unde et* باب تواردِ الخاطر *tranſlate* Modus ſeſe inſinuandi in cor. *T.* 442: 7. وَرْدٌ *Coll. et* وردة *Nom. Unit.*, *Coll.* ورود, Roſa. *Gi. cum eo comparatur coelum. C.* 55: 37. *tribuitur et faciei. T.* II. 406: 1. *unde abſol. pro* gena roſea. *H.* 2: 100. *n. fig. Pura fuit* ورد عارضها roſa maxillae eius *a ſpina opponentis. T.* 230: 1. وِرْدٌ *oppoſ.* τῷ صدر Acceſſus ad aquam: aquatio pecorum. *fig.* Aquatio *oris ſuavisſimi. T.* 230: 2. *audaci fig.* Aquatum ire *in ſanguinem alicuius. T.* 312: 11. *n. in infernum. C.* 11: 100. *in ſomnum. unde et* portionem, penſum *ſomni notat T.* 56: 2. *dein* 2, *uſu Coll.* Aquantium turba. *Gi. fig. C.* 19: 89. وَارِدٌ *Ag.* Adiens aquam aquator. *C.* 12: 19. *abſol.* qui ſtragem infert. *T.* 564: 17. *etiam* Deſcendens, *pec. in infernum. C.* 19: 72. *opponi amat* τῷ صادر, *unde* صادر وارد *pro* eunte et redeunte. *T.* II. 208: 4. *pec. ſenſu* وارد *pro* ſcriptore recenti; *uti* صادر auctor praecedentis aetatis. *H.* 6: 196. *n. abſol.* وارد *Deſcendens apud alterum,* hoſpes. *H.* 5: 104. *et* Nuncius. *T.* 120: 13. وُرُودٌ *Act. fig.* Aquatio *victoriae. T.* 600: 2. *item* Deſcenſus: *pec.* adventus *nuncii. T.* 120: 13. وَرِيدٌ *et* حَبْلُ ٱلْوَرِيدِ Vena iugularis externa, in cervicis latere utrimque conſpicua. *Gi. inde Adag.*

dag. اقرب من حبل الوريد Propior alicui vena iugulari. *C.* 50: 15. *et* قطع حبل الوريد eius ſectio *in Prov. abiit pro re magnam impreſſionem faciente. T.* II. 358: 12. مَوْرِد, *oppoſ.* τῷ مصدر, *Coll.* موارد, Aditus ad aquam: aquatio. *item* Deſcenſus, ſtatio, *oppoſ. itineri. T.* 450: 17. موارد الهلك funeſtae expeditiones; *aquationes exitii. T.* 114: 14. 2, Locus quem homines petunt aquae ergo. *Gi. ſic cum* موارد مطروقة aquariis turbidis *comparantur locutiones plebeiae. H.* 6: 194. *fig.* موارد النار aquaria ignis infernalis. *T.* 158: 5. *et* الحمام mortis. *T.* 188: 3. *pec.* مورد aquarium, *emblema eſt fortunae lautioris H.* 1: 38. *iucundae confabulationis H.* 2: 114. *unde abſol.* مصادر وموارد *ſunt* loca conventus eruditorum. *T.* 196: 7.

وَرَطَ *H.* ירט, *in* II. وَرَّطَ Coniecit, praecipitem dedit *in exitium. ccap et* في *T.* 6: 9. V. Lapſus fuit *in exitium vel difficultatem. cc* في: *ſic* في جيش العسرة in exercitum calamitatis. *T.* II. 250: 3. وَرْطَة Praecipitium, exitium. *Gi. T.* 42: 7. ورطة الاسرة periculum captivitatis. *T.* 308: 7.

وَرِعَ *Fut.* A, *H. et Ch.* ירע, *Origo in Quatiendo; hinc* Timidus, pavidus fuit. *dein* Cavit ſibi: *pec.* a rebus de quibus dubitabat licitaene eſſent an illicitae, metuens ne in peccatum incideret. وَرَع *Act.* Abſtinentia: *pec.* a dubiis rebus ne in illicitas incidamus. *T.* II. 302: 5. وَرِع Timidus. *pec.* Timens Dei: *et* Continens, cavens ſibi ab eo quod vel ſuſpicetur eſſe illicitum. *Gi. T.* II. 930: 1.

وَرَفَ Ampla *et* longa fuit, longe lateque patuit *umbra. Gi.* وَرِيف Ampla *regio. T.* II. 322: 16.

وَرَقَ, *etiam med. Kesr. H* ירק, *pp. Micuit, ſplenduit: pec* Fronduit, *et* frondoſa fuit, *arbor.* وَرْق *Coll.* Pecunia ſignata, nummi. *C.* 18: 18. وَرَق *Coll. et* وَرَقَة *Nom. Unit. in Coll.* اوراق, Frons; folium, *et* arboris *C.* 6: 59. *et* chartae. *H.* 5: 148. *fig. Carpere* اوراق النعم frondes fortunarum *a ramis opulentiae. T.* II. 978: 7. *in Prov. abiit.* ورق التوت folium Mori *T.* 416: 3.

وَرِمَ Intumuit, *et* inflata, fuit *cutis.*

tis. Gi. ورم *Act. item* Tumor, ογκος. *Gi. fig* ذا ورم استسمن Vegetum reputavit quod morbido laboraret tumore; *ſanam cenſuit ſententiam tumidam. H.* 2. 80. *n.*

ورى *Fut.* يرى *H. et Aram.* ירה, *pp. Vibravit, evibravit: pec.* Ignem ſcintillasve emiſit *ignitabulum. Gi. fig. ignitabulum belli. T.* 176: 8. *ſic et part.* وار *de igniario interitus. T.* II. 654: 8. II. Celavit, disſimulavit *rem. cca. T.* II. 168: 11. *inde et Act.* تورية *T.* II. 812: 11. III. *Idem, ſc.* Occultavit *rem. cca. C.* 7: 25. *et cc* عن *p. cui. H.* 1: 32. *pec. uſu* Sepelivit *aliquem. unde Act.* مواراة Sepultura. *T.* II. 542: 4: 6. *quod et dicitur* وارى سوأة abscondidit *eius* ignominiam. *C.* 5: 34. IV. Percuſſit *ignitabulum* ignis eliciendi ergo. *cca. ſic* موريات Equi celeri curſu ſuo ignem ex ſilicibus excutientes. *C.* 100: 2. *fig.* اورى بسرايه الزند Excuſſit igniarium conſilii ſui, *i. e. conſtituit apud ſe. T.* 296: 3. *n.* VI. Subduxit ſe, delituit: *uti fugitivus facit. cc.* عن *H.* 1: 16. *et cc* من *C.* 16: 61. *unde* ذيل تـوار lacinia occultationis. *T.* II. 948: 8. *pec.* تـوارى اوارة Delituit aeſtus eius. *H.* 1: 34. *Spec.* تـنـوارى بالحجاب Occultavit ſe velo *noctis, i. e. occidit, ſol. T.* 188: 11. *ex C.* 38: 31. X. *i. q.* IV. *cca. Gi. T.* II. 834: 1. ورى *Coll.* Homines, mortales. *T.* 182: 13. وراء Quod pone eſt. *in accuſ.* Poſt, pone. *H.* 5: 88. *et* من وراء Pone, a poſtica parte. *Gi. T.* 54: 5. *etiam* وراء Praeter. *C.* 23: 7. *et* Ultra. *unde* ما وراء النهر *i. e.* Transoxania, *vide* نهر *Hinc phraſis Reiicere aliquid* وراء ظهره poſt tergum ſuum, *i. e. negligere. C.* 2: 95. & *Eſſe alicui* من ورائه a tergo, *pro defendere eum. C.* 4: 103. تـوراة *H.* תורה, Lex Moſaica: *dein* quaevis religio: *vide ſupra p.* 108.

وزر *Fut.* يزر, *H.* וזר *Prov.* 21: 8. *pp. Strinxit, inſtrinxit: pec. ſarcinam dorſo: dein* Portavit, ſuſtinuit, *onus. cca. Gi. C.* 20: 90. *translate* Portare onera aliena, *i. e. poenas pro altero luere. C.* 6: 164. III. *notione a* وزير *ducta*, Rempublicam *pro principe* curauit et adminiſtravit, vicemque *eius* explevit. *ccap. unde part.* موازر *fig. de fato. T.* 608: 7. وزر, *Coll.* اوزار, Onus, res gravis: *pec.* quae quem premit. 2, *Spec.* Crimen,

men, peccatum. *Gi. et* 3, Poena *peccati. C.* 6: 164. *et iunctim* الوزر اوزار *T.* II. 144: 2. وَزَر Mons: *pec.* ad quem confugitur. *et in genere* Refugii locus, aſylum. *T.* 278: 4. ex *C.* 75: 11. وزير, *Coll.* وزراء, Conſiliarius et adminiſtrator imperii reive publicae. *pec. de Aarone, Moſis, fratris ſui, verba populo referente. C.* 25: 37. *item, qui recentioris originis eſt titulus;* Vicarius principis, *vulgo* Vizirus, *quaſi* oneris *eius* baiulus. *T.* 26: 4. *fig.* Vezirius *alicuius in graſſatione, etc. T.* II. 210: 3. *eſt et terminus ludi Scachici maioris. T.* II. 798: 14. وَزارة, *etiam cum prima Kesr.* Dignitas ac munus τȣ̃ وزير; Veziratus. *Gi. T.* II. 58: 13.

وزع Cohibuit, coërcuit, prohibuit. *cca.* II. Diſtribuit et partitus *quid* fuit *inter plures. T.* 204: 11. *pec.* in varia agmina diſtribuit *exercitum. T.* 486: 12. *uti et Act.* توزيع *T.* II. 392: 7. *ubi e Mſ. leg.* توزيعه diſtributio eius. IV. *i. q.* II. *ſign. poſter. ſic in Paſſ. C.* 27: 17. 2, Excitavit, inſtigavit, impulitque *ad aliquid. ccga. in Paſſ.* Incitatus impulſusve fuit. *C.* 41: 18. *pec.* 3, In animum immiſit, inſpiravit, ſuggesſit. *ccap. C.* 46: 14. V. Partiti ſunt *inter ſe* et diſtribuerunt *rem. cca et* بين *p. T.* 358: 1. *etiam* ſeſe *per varia loca* diſperſerunt. *cc* في *l. T.* II. 602: 12.

وَزَفَ, *Fut.* يَزِفُ; Properavit: *pec.* in eundo, *ſic e Mſ. legend.* يزفون *C.* 37: 92.

وزن *H.* אזן *et* יזן *vic.* אזן, Ponderavit, libravit, trutinavit *rem* gravem. *cca. C.* 17: 37. *et* Ponderatam *rem* dedit. *ccap. C.* 83: 3. *fig.* ضرب موزون ictus libratus *dicitur qui ita comparatus eſt ut iuſtum ſuum finem adſequatur. T.* 36: 2. 2, Appendit *alicui* pondere ſuo *nummos, aut* annumeravit iuſto pondere. *cc* ل *p et ar. T.* 92: 4. III. Aequilibris fuit, aequivaluit. *T.* II. 968: 1. *et* ex adverſo aequaliter reſpondit *res rei. cca. Gi. et cc* ب *T.* II. 834: 7. VI. Aequilibrium ſervavit. *H.* 4: 30. وزن, *Coll.* اوزان, *Act.* Libratio. *C.* 7: 7. *et* Pondus. *hinc Adag. Librare rem* وزن المثقال usque ad pondus oboli; *i. e. accuratisſime. H. l. c. binc et* اقام له وزنا ſtatuit in illo aliquod pretium. *C.* 18: 105. *item* 2, Menſura

ſura *carminis.* *T.* II. 46: 3. *et* 3, Ratio modusve, *pec.* iuſtus et conveniens. *Gi.* *ſic* اوزانهـا *legend.* *T.* 14: 4. زِنَةٌ *idem*, Pondus. *T.* II. 148: 15. *item.* Modus *ſive* ratio ad quam res aliqua conformata. *T.* 14: 2. مِيزَانٌ, *Coll.* مَوَازِين Libra, *nimirum* trutina, bilanx. *C.* 11: 85. *cuique homini libra operum tribuitur die iudicii.* *C.* 7: 7, 8. *fig.* اقام ميزانـه *T.* II. 116: 1. *item* Signum coeleſte librae. *ex ambig.* *T.* II. 462: 4.

وَزِيَ Congregatus, collectus fuit: in unum convenit. III. *quod et vide in* ازي, Ex adverſo reſpondit ac congruit. *cca.* *item* E regione *loci* venit: *cca.* *T.* II. 348: 6. VI. Parallelae inter ſe fuerunt *lineae*, *vide et in* ازي. *hinc Act.* توازي Aequalis ſors. *T.* 216: 4.

وَسْوَسَ Q. ονοματοπ. Suſurravit in aurem *pec.* mali quid: *dein* Inſpiravit, ſuggesſit, dictavit *illi animus ſuus* *C.* 50: 15. *vel Satan.* *cc* الي *p.* *C.* 20: 118. *vel cc* ل *p et* ب *r.* *C.* 7: 19. وَسْوَاس *et* وَسْوَسَةٌ *Act.* Suggeſtio et inſtinctus daemonis *Gi.* *et hominis pernicioſi.* *T.* II. 346: 5. *in Coll.* وساوس *ipſae* res ſuggeſtae. *T.* II. 676: 5. *item* الوسواس Satanas, ſuggeſtor mali. *Gi.* *C.* 114: 4. *fig.* *T.* II. 810: 8.

وَسِخَ *H.* ישׁח, Spurca, inquinata fuit *veſtis.* *Gi.* VIII. *Idem: et* Sorduit. *Gi.* *H.* 4: 50. *n.* وَسِخٌ Sordidus: *convicii nomen.* *T.* II. 836: 10. أَوْسَخُ *forma*] *intenſ.* *ſic in adag.* اوسخ ممن في المطبخ Squalidior iis qui in culina verſantur. *T.* II. 834: 11.

وَسَطَ, *Fut.* يَسِطُ, In medio hominum fuit ſeditve, penetravit in medium *eorum.* *ccap.* *C.* 100: 5. II. Per medium et in duas ſecuit partes. *ccar.* *T.* II. 236: 3. وَسْطٌ, *Coll.* اوساط, Medius. *et* Media pars rei. *Ca.* *inde* في وسط in medio. *Gi.* *T.* 52: 3. *item* Exquiſitus, eximius. *C.* 2: 137. *unde* اوساط الرووس praeſtantisſimi ducum. *T.* 70: 1. وَاسِطٌ, *foem.* ة, Medius. *item* Mediator. *T.* 126: 11, 14. *etiam abſol. uſu ſubſt.* واسطة Auxilium. *T.* 380: 5. *et* cauſa *rei.* *T.* 126: 11. أَوْسَطُ, *foem.* وسطى, Medium *rei.* *et* medius. *T.* II. 712: 9. *item* praeſtantisſimus *genere et*

 vir-

virtute. C. 68: 28. *pec.* وسطي Media, nec longa nec brevis, *oratio: aut* media, quam aliae precationes duae praecedunt, duae conſequuntur. C. 2: 239. *vide Maraç.*

وَسِعَ, *Fut.* يَسَعُ, *H. et Aram.* יְשַׁע *et* יֶשַׁע, *pp. Laxa, dein* Ampla et patula fuit *res.* C. 2: 256. 2, Potuit, in poteſtate ſua habuit. T. 424: 6. *unde conſueta formula* لم يسعه الا *i. e.* Non potuit non. T. 24: 1. 3, Amplitudine et capacitate ſua ambivit, ſeu comprehendit *res aliam, cca.* C. 20: 98. *pec.* Comprehendit *Deus aliquid ſcientia ſua, ccga.* C. 6: 80. *aut aliquem miſericordia ſua. ccga.* C. 40: 7 *dein et* Pertigit *ad aliquem Dei benignitas. ccap. Ca.* C. 7: 156. IV. Amplum patulumve fecit; dilatavit, extendit *rem.* C. 51: 47. *pec.* poteſtatem dedit conceſſitque, copiam *alicui* fecit. *ccap* H. 6: 256. *item* Divitiis affluxit. *unde* موسع dives, *opp.* τῷ مقتر pauperi. C. 2: 237. VIII. اتسع, *i. q.* I. Amplus fuit, late patuit. *unde* واد متسع Vallis ampla. T. II. 202: 9. *item* Dilatatus fuit: ſe dilatavit *res. Gi.* T. 190: 4. *ſic et* اتساع *Act.* extenſio *regni.* T. 260: 11. X. Amplas habuit *anguſtias. rca.* T. II. 530: 10.

وُسْعٌ *Act.* Capacitas *alicuius*, ſeu quantum capere *vel* ferre poteſt *quis.* C. 2: 286. *item* Copia ac commoditas, opportunitasve faciendae rei. *Gi. pec.* facundia dicendi. H. 5: 152.

وَاسِعٌ Amplus, late patens: *ſic de tractu* T. 82: 11. *etiam* late ſe extendens *miſericordia divina.* C. 6: 148. *hinc.* الواسع Amplus miſericordia, et omnia comprehendens *Deus. Gi.* C. 53: 32. *etiam ſcientia ſua: unde* واسع *plerumque iungitur cum* عليم C. 3: 66. *etc. quod plena phraſi dicitur* واسع العلم. C. 20: 98. سعة *Act.* Amplitudo. *ſic opum.* C. 2: 248. *alimentorum* C. 4: 101. *ſcientiae* H. 2: 54. *et potentiae ac gloriae: quo ſenſu ſpec. Deo tribuitur* C. 4: 129. *qui et audit* سعة من C. 65: 7. *deinde* سعة Commoditas, opportunitas. T. II. 430: 7. *et abſolute* Libertas, *oppoſ.* τῷ ضيق T. 340: 3. أوسع *form. intenſ.* Valde Amplus. *item* Generoſus. *ex ambig.* Vallis amplior, الوسيع, *pectore hominis liberalis.* T. II. 156: 15.

وَسَقَ Congeſſit *rem*, *et Metaph.* Involvit *nox res omnes*. *C.* 84: 17. IV. Oneravit *camelum*, onus impoſuit. *c c a.* *T.* 214: 14. *et* اوسقوه سبا, Onerarunt eum conviciis. *T.* II. 74: 3. *niſi e Mſ.* اوسعوه سبا Multo convitio eum proſciderunt, *legendum ſit; coll. Adag. Golii p.* 69. *ſic et Mſ. habet* اوسعتهم شلا *T.* II. 372: 1. VIII. *i. q.* انتظم, Coniunctus, copulatus, connexus fuit. *ſic Act.* اتساق *T.* II. 192: 5. *quod et abſolute* Concordia. *T.* II. 226: 9. *pec. ipſum Verbum* Compactae, denſae fuerunt *noctis tenebrae. T.* 190: 4. *item* Integra et abſoluta fuit *luna*, *i. e. plena. C.* 84: 18.

وَسَلَ *unde in* II. وسل الي ربه وسيلة Acceſſit ad Deum coniungi cum illo cupiens bono aliquo opere, *vel* hoc ipſum obtulit Deo, eique approbare ſtuduit. V. *idem: unde* متوسل Interceſſor, mediator. *T.* 504: 8. *mox in genere* Pervenit *ad rem alicuius ope c c* الي *et* ب. *T.* II. 532: 2. وَسِيلَةٌ Affinitas, propinquitas. *et* Id quo conciliatur animus et gratia alicuius: *ſive* munus *ſit*, *ſive* meritum. *Gi. hinc phraſis* يبتغوا الي الله الوسيلة *i. e.* Deo chari eſſe ſtuduerunt *Gigg. C.* 5: 39.

وَسَمَ *H.* ישם, *Origo in Pungendo*, στίζειν; *hinc pec.* Stigma inuſſit: ſigno ac ſtigmate notavit *faciem*, *corpus*, *etc. c c a. et in genere* Inſignivit *aliquem nomine. T.* 220: 2. *et* Deſignavit, deſcripſit. *c ca. ſic* موسوم *T.* 586: 6. *item* Dignatus fuit *aliquem cura*, *obſervantia. c c a p et* ب *r. H.* 4: 22. V. Ex phyſiognomia ſignisque, *pec.* faciei, cognovit et perſpexit *in eo boni quid. cc* في *p et a r. Gi. H.* 4: 46. *item* Ex poenis a Deo inflictis exemplum ſumſit. *C.* 15: 76. VIII. اتسم, Signavit ſemet ipſum, notam ſibi impreſſit, qua dignoſci poſſet. *Gi. ſic notam obedientiae. T.* II. 286: 12. وَسْمٌ *Act. ſic* ſignum *monetae impreſſum T.* 356: 1. *et* Signum *viae: uti legend. T.* II. 318: 9. *etiam* Nomen. *T.* 220: 2. *in Prov. Quilibet optime novit* وسم قدحه notam ſagittae ſuae; *quod Latinis dicitur quisque ſuam callet aleam. H.* 6: 204. *n.* وَسِيمٌ, *foem.* ة, Pulcher ac formoſus facie. *H.* 6: 260. سِمَةٌ *Act. et ipſum* Signum. *pec. Coll.*

سمة Signa diacritica *equorum.* *T.* 22: 9. مُوْسَم, Stigma inuſtum ac nota. *Gi. et* ſignum *monetae.* *T.* II. 782: 7. *fig.* ſtigma *obedientiae.* *T.* II. 266: 12. *pec.* ſignum phyſiognomicum, characteriſticum. *H.* 2: 110.

وَسِنَ *H. et Ar.* יָשֵׁן, *pp. Offuſcatus, ſitu halituve craſſiore fuit affectus: inde translate ad animum per ſomnia infuſcatum;* Proclivis in ſomnum fuit, dormitavit. سِنَةٌ Dormitatio, principium ſomni. *Gi. C.* 2: 256. *item ipſe* Somnus. *ſic legend.* *T.* 334: 8. *fig.* سنة الفناء ſomno mortis *impleri dicitur oculus vitae.* *T.* 360: 6. *transfertur et ad ſocordiam, inertiam ingenii.* *H.* 6: 220.

وَاسَى III. *pro* آسَى, *idiomate ſequiore,* Conſolatus fuit adiuvitque ſolando. *c c a p et* ب *r.* *unde Act.* مُواساة *H.* 4: 26.

مُوسَى Novacula. *Gi. cuius proceſſus ſuper crines ſummam pingit graſſationem* *T.* 608: 19. *item, ab H.* משה; *Nom. proprium viri,* Moſes. *Gi. de quo in Prov. abiit* عصى موسى Baculus Moſis, *vide* عصى. *item* فؤاد ام موسى Cor matris Moſis, *vide ſupra* 556. *et* قدم موسى على البشر Praefecit Moſem generi humano; *pro re convitiis et maledictis digna.* *T.* II. 842: 13. مُوسَوِيّ, *foem.* ة, Moſaïcus: ad Moſen pertinens. *Gi. ex ambig. ad* Moſen *prophetam et ad* Muſam *Sultani Muhammedis primi fratrem.* *T.* II. 270: 10.

وَشَبَ *unde* وِشْب, *Coll.* أَوْشَاب, Miſcella hominum generis diverſi. *Gi. plerumque iunguntur* اوشاب *et* اوباش *eodem fere ſenſu, ut* *T.* 16: 10.

وَشَحَ, *inde* II. وَشَّحَ Induit *faſciam* وشاح *dictam: ſive* Balteum muliebrem ex corio contextum et gemmis bullisve ornatum. *Gi. dein translate* ornavit *librum floſculis orationis et ſtili. c c a etc.* *T.* 554: 7.

وَشَى *H. et Ch.* ישה, *Origo in Firmando, ſolidando; unde pec. adhibetur de firma textura; dein* Coloravit pinxitve *pannum. c c a. fig. texturam libri.* *T.* II. 994: 4. *mox* 2, *Metaph.* Coloravit *orationem* mendaciis. *et hinc* 3, Suſurronem egit, et detulit *aliquem ad regem etc. c c.* ب *r et* الى *p.* *T.* 308:

308: 14. وَشْيٌ *Act.* Color et pictura veſtis. *Gi. item* oratio floribus conſperſa. *H.* 3: 176. *n.* وَاشٍ, *Coll.* وُشَاة, Delator, ſuſurro. *T.* II. 584: 11. شِيَة *Act. ſign.* 1. *item* Signum: *pec.* color *equi*, ceu ſignum emicans, a reliqui corporis colore diſtinctus. *G. etiam* Macula, vitium *in animali. C.* 2: 66.

وَصَبَ *H.* יצב, *Or. in Figendo: unde Fixa, mox* Perennis, continua *et* firma ac conſtans fuit *res.* 2, *alio flexu fixus, affixus fuit lecto*; Aegrotavit. *hinc* وَصَبٌ Morbus. *Gi. T.* II. 934: 5. وَاصِبٌ Perpetua *poena. C.* 37: 9. *in Accuſ.* وَاصِبًا In perpetuum, ſemper, continuo. *C.* 16: 54.

وَصَدَ, *Fut.* يَصِدُ, Firmus fuit. *item* Conſtitit. *et* Subſtitit. *Ca. ſic apud aliquem res. c c a p. T.* 448: 10. IV. Occluſit *oſtium. c c a. T.* II. 366: 1, 2. وَصِيد Spelunca in monte, in qua cubuerunt dormitores illi, quorum in Corano fit mentio. *C.* 18: 17.

وَصَفَ *Fut.* يَصِفُ Deſcripſit. *T.* 448: 7. *mox* enarravit. *C.* 6: 100. *et* laudavit *quid. c c a. ſic* وُصُوف *T.* II. 882: 4. *item* Adſcripſit, attribuit *aliquid alicui. c c* ب *p. T.* 448: 5. *et pec.* Protulit *lingua mendacium. C.* 16: 117. X. Deſcribi *quid* voluit. *T.* II. 454. 11. *et ipſe* Deſcripſit, expoſuit *alicui rem. c c g a. T.* II. 794: 1. وَصْفٌ, وَصَاف Deſcriptio. *H.* 6: 222. *item* Narratio, dictum. *C.* 6: 140. *et* Laus. *T.* 550: 9. *item* Forma *rei: ſic nummi, uti* بوصفين, duplici forma: *legend. pro* بوجهين *ex utroque Mſ. Scheid. et not. H.* 3: 166. صِفَة, *Pl.* صِفَات, Deſcriptio, *et* Deſcripta qualitas, forma, attributum. *T.* II. 156: 7. *etiam* forma, facies *hominis. H.* 2: 114. *item* Dos, virtus. *H.* 2: 60. *Spec.* صفات Accidentia, *opp.* τοῖς ذوات *ſubſtantiis. T.* II. 746: 6. وَصِيفٌ, *foem.* ة, *Coll.* وصايف, Conſcriptus: *dein* ad famulandum idoneus puer. *et* famulus. *T.* II. 432: 8.

وَصَلَ *Fut.* يَصِلُ, *pp. Nexuit*, *connexuit: fig. funem vitae. T.* II. 374: 7. *dein in genere* Iunxit *rem rei*, copulavit. *c c a. C.* 13:

13 : 21. *hinc phraſis* وصل الجناح Iungere alam, *i. e. latus, alicuius. H.* 5 : 166. *n.* 2, Dedit, donavit. *T.* 88 : 11. 3, *Intranſ.* Pervenit *ad illum. cc.* الي. *C.* 11 : 73. II. *Tranſ.* Pervenire fecit. *C.* 28 : 51. III. Continuo et ſine interruptione fecit *quid. ccar. ſic iter T.* 426 : 2. *item* Continuo una *cum alio* fuit. *ccap. T.* II. 736 : 4. IV. *Tranſ. Coni.* I. *ſign.* 3, Perduxit. *cca. Gi. T.* II. 334 : 6. *ubi et Act.* ايصال. V. Pervenit. *Mar. ſic* Pervenit *ad rem, i. e.* invenit *eam. T.* II. 84 : 14. *item* Acceſſu blandus, ſeu humaniter congreſſus fuit. *cc* الي *p. T.* II. 588 : 8. VI. Invicem coniuncti fuerunt. *ſic part.* متواصل *T.* II. 378 : 7. *et* coniunctim inter ſe verſati ſunt. *Gi. T.* II. 708 : 11. VIII. اتصل, Pervenit. *cc* الي *vel* ب. *T.* 58 : 2. *et* Coniuncta fuit *res rei. cc* ب *T.* 372 : 1. *etiam* Contiguus *et* Continuus fuit. *ſic* نسب متصل continua, haud interrupta, proavorum ſeries. *T.* 352 : 4. وَصْلٌ *Act. ſign.* 2. Donatio, liberalitas. *T.* II. 118 : 4. *unde* مربع الوصل tempus fruitionis; *pro autumno. T.* II. 426 : 8. *n. eſt et* وصل Coniuncta cum amicis conſuetudo. *H.* 3 : 172. وِصَالٌ *Act. Coni.* III. Fruitio. *T.* II. 430 : 10. *item* Conſortium, coniunctio, amicitia. *H.* 4 : 14. *etiam* وصال السير Continuatio itineris. *T.* II. 242 : 1. وُصُولٌ *Act. Coni.* I. *ſign.* 3. Appropinquatio. *T.* 292 : 1. صِلَةٌ, *Pl.* صِلَاتٌ *Act.* Donatio, munus. *H.* 1 : 24. وُصْلَةٌ Coniunctio : commiſſura, id quo res duae coniunguntur. *Gi. H.* 5 : 172. وَصِيلَةٌ Camela quaedam, quam Diis ſuis conſecrabant pagani Arabes. *C.* 5 : 102. *de qua varias interpp. ſententias collegit Poc. Hiſt. Ar. p.* 332. *ſq.* مَوْصُولٌ *part. paſſ.* Connexus *funis etc. T.* 496 : 7. *item* Fiſtulae, *ut videtur*, maioris genus; *forte ex pluribus compoſitae. T.* II. 934 : 10. *n.*

وَصَى *i. q.* وصل Nexuit, coniunxit, copulavit, *rem rei. ccar et* ب *alterius. Gi. et* Coniunctus fuit. *Ca. ſic* Aſſiduus comes fuit, obſervavit *illum. cc* ب *p. T.* 550 : 14. II. Iniunxit, praecepit. *ccap et* ب *r. Gi. C.* 4 : 130. *et cc* ب *p. T.* II. 170 : 8. *Spec.* ultima voluntate. *ſic part.* موص *C.* 2 : 178. *unde*

unde توصية *Act. abſol.* condere teſtamentum. *T.* II. 264: 10. *ex C.* 36: 50. *hinc et in Paſſ.* Tutor *alicuius* fuit conſtitutus. *T.* 200: 6. *dein* Commendavit *aliquem alteri. T.* 22: 14. IV. *i. q.* II. Praecepit. *c c* ل *vel* الي *p et* ب *r. Gi. T.* II. 170: 7. *et* في *r. C.* 4: 12. *Spec.* teſtamento legavit. *C.* 4: 15. VI. Praeceperunt *aut* commendarunt *quid* invicem. *c c* ب *r. Gi. C.* 103: 2, 3. *pec.* teſtamento. *C.* 51: 13. وَصِيّ Mandatarius. *Gi. T.* II. 200: 8. وَصِيَّة Praeceptum, mandatum. *Spec.* ultima voluntas. *C.* 4, 12. *T.* 138: 1.

وَضُأ *vic. H. et Aram.* יצא, *pp.* *Micuit*, *emicuit* : *Spec.* Vicit, ſuperavit, *alium* nitore et munditie; *pec.* ſacrae lotionis. *c c a p. Gi.* وُضُوء *Act.* Lotio ſacra. *T.* II. 884: 6.

وَضَحَ *Origo in Albedine ſplendida. ſic de laetitia e facie alicuius reſplendescente T.* II. 298: 18. *dein translate* Evidens, clara, et manifeſta fuit *res. Gi. T.* II. 324: 2. IV. Manifeſtavit: *pec. id quod occultum erat. ſic Act.* ايضاح *T.* 328: 1. *mox* Clare expoſuit, dilucidavit. *c c a. T.* II. 318: 5. X. Rogavit *alium* ut *quid* manifeſtum faceret. *c c g a. et ipſe* Expoſuit *rem. c c a. T.* 194: 4. وَضَح, *Coll.* اوضاح, Lux: albedo, *dein* Monile: *pec.* ex argento. *et translate* Virtus, meritum. *T.* 252: 3. وُضُوح *Act.* Evidentia. *T.* II. 968: 6. أَوْضَح *form. intenſ.* Maxime evidens. *T.* II. 316: 9.

وَضَعَ *Fut.* يَضَعُ, *H. et Ch.* יצע, Poſuit, collocavit. *c c a. Gi. variis notionibus : ſic* appoſuit *medelam vulneri. c c* علي *T.* II. 490: 1. وضع في مواضعها Poſuit *res* in loco ſuo, *i. e. aequitatem obſervavit*, *T.* II. 398: 14. Poſuit, i. e. extruxit, *urbem. T.* 86: 14. Aperuit *librum. C.* 39: 69. Poſuit, *ſeu* conceſſit, *quid alicui c c* ل *p. C.* 55: 9. 2, Impoſuit: *ſic* وضع في فيه Indidit ori ſuo. *H.* 3: 160. وضع السيف فيه Immiſit enſem, ſtricto enſe ſaeviit, in eum. *T.* 56: 11. 3, Depoſuit *rem de manu ſua: ſic arma. C.* 4: 103. وضع العمامة Depoſuit cidarim, *notat ad bellum ſe praeparavit. ſic legend. T.* 156: 8. *conf. ſupra p.* 518. 4, Depoſuit, removit, *ab aliquo onus c c a r et* عن *vel* من *p. Spec. onus peccatorum*, *h. e. illa* remiſit *Deus. C.* 94: 2. 5, *ſimpliciter* Depo-

ſuit

ſuit onus ventris, *i. e.* enixa ſuit, peperit *foemina. C.* 3: 31. *fig.* beſtiam onera ſua. C. 47: 5. IV. *Tranſ. C.* 9: 47. وَضْعٌ *Act.* Poſitio, ſitus. *T.* II. 360: 16. *item* Univerſus ſtatus *alicuius. T.* 396: 4. وَضِيعٌ Vilis ac inferioris ordinis, *et* exiſtimatione imminutus, *homo. Gi. opp.* τῷ شريف *T.* II. 422: 7. مَوْضِعٌ, *Coll.* مَوَاضِعُ, Locus. *H.* 2: 120. مَوْضُوعٌ *part. paſſ. ſign.* I. *ſic* اكواب موضوعة pocula bene diſpoſita. *C.* 88: 15. *et ſign.* 5. *T.* II. 988: 10. *item Act.* Poſitio, ſitus. *T.* II. 360: 15.

وَضَمَ Impoſuit τῷ وَضَمٌ carnes. *cca. Gi.* وَضَمٌ Res omnis cui imponuntur carnes, ne inquinentur a ſolo: *ſive ſit* aſſer, *ſive* teges, *aut* ſimile quid. *Gi. hinc Adag. Relinquere aliquem* لحما على وضم *i. e. aut* Magna contumelia, tormento vel clade afficere. *Ca. aut* periculis bellicis et lanienae exponere. *T.* 166: 13.

وَضَنَ Conſeruit, duplicato opere plexuit contexuitve *rem. cca. Gi. unde* مَوْضُونٌ, *foem.* ة, Duplicato ac plexili opere contextus, *et pec. in foem.* gemmis aut margaritis, *vel etiam* addito auro, contexta *res. Gi. C.* 56: 15.

وَطِئَ *Fut.* يَطَأُ, *Act.* وَطْءٌ, Calcavit, conculcavit, *rem vel aliquem pede ſuo. ccar. et* ب *inſtr. C.* 48: 25. *item* Pedem impoſuit ſolo. *Mar. T.* 150: 14. *etiam transfertur ad attentionem; quo ſenſu Mar. et Mſ. legunt Act.* وطا *C.* 73: 6. III. Conſenſit, concordavit *in aliqua re. ccar. C.* 9: 37. IV. Depreſſit, ſubactumque reddidit *locum. cca. ſic* اوطا *legendum T.* 582: 9. X. Mollem commodumque comperit. *Ca. fig.* استوطا القتاد mollem comperit asperam tragacantham, *i. e.* difficillima quaeque reputavit commoda. *H.* 3: 142. *n.* مَوْطِئٌ, *Coll.* مَوَاطِئُ, Locus pedis, veſtigium pedis. *C.* 9: 121. *item* Pedula, ſcabellum pedum. *Gi. T.* II. 894: 11.

وَطْبٌ Deperditum, *unde ſuperſtes* وَطْبٌ, *Coll.* وِطَابٌ, *et* أَوْطَابٌ, Uter coriaceus: *pec.* cui lac inditur. *hinc* نفض اوطابه excuſſit utres ſuos. *T.* 424: 8. *et* ابدي ما في وطابه Protulit quod in utribus ipſius erat,

erat, *tranſlate pro quidquid memoria tenebat. H.* 2: 74. *n.*

وَطَّدَ Stabilivit, firmavit *rem. cca.* II. *idem. cca. Gi. ſic Act.* تـوطـيـد *T.* 76: 9.

وَطَرٌ, *unde* وَطْرٌ, *Coll.* اوطار, Res factu neceſſaria. *Gi. ſic* قضي وطرا Decrevit quod neceſſarium putabat. *C.* 33: 37. *item* Quae tibi curae et cordi ſit, cuiusque interſit tua. *Ca. quo ſenſu* قضي من اوطاره *notat* Voti ſui compos factus fuit. *T.* 160: 12. *pro* اوطار *autem T.* 386: 6. *legendum e Mſ.* اوتار, *vide ſupra.*

وَطَنَ Conſuevit *aut* commoratus fuit *aliquo loco. cc.* ب. X. *idem. cca. Gi. H.* 3: 142. *unde Act.* استيطان *T.* II. 226: 13. وَطَن, *Coll.* اوطان, Locus ubi quis degit conſuevitve, *ſive* natalis *ſit ſive* alius. *T.* II. 680: 7. *in Coll. etiam uni homini tribuitur, quaſi* patrios lares *dicas. T.* II. 388: 6. مَوْطِن, *Coll.* مَوَاطِن, Locus ubi quis familiariter agit. *Ca. hinc* Habitaculum, domicilium *quo ſenſu et dicitur* موطن جـرکـة وسـکـون *T.* II. 340: 3. *et Spec.* Locus pugnae in bello *vel* occubitus. *C.* 9: 25. *pec. in meliorem partem accipitur,* quaſi gloriae *aut* martyrii locus. *Gi. T.* 46: 2.

وَظَبَ *Cogn. H.* יצב, Aſſiduus et perfrequens fuit; perſeveravit *in re,* continuo *ei* inhaeſit. *cc. r.* III. *idem. cc* علي *r. Gi. ſic e Mſ. legend. pro* فواضب *T.* 170: 7. *hinc et part.* مواظب Aſſiduus; perſeverans. *T.* II. 800: 2.

وَظَفَ Secutus fuit. II. Diarium, in dies ſingulos ſtipendium, decrevit ſcripſitve *aut* dedit *alicui. ccap. ſic Mſ. pro* وصف *T.* 200: 6. وَظِيفَةٌ, *Coll.* وظائف, Stipendium, quo quis ſuſtentatur. *Gi. T.* II. 218: 12. *dein* Munus, dignitas. *T.* II. 598: 4.

وَعَبَ Totam, univerſam, cepit *rem. cca. Ca.* X. *idem: ſic* استوعب كده omnem ſuam induſtriam inſumſit *in aliqua re T.* II. 368: 1.

وَعَدَ, *Fut.* يَعِدُ *H. et Aram.* יעד *et* ועד, Praedixit, ſignificavit *alicui* quid; *ſive* boni, promiſit; *ſive* mali, minatus fuit. *ccga vel cap. et* بـ *r. Gi. utraque notio occurrit. C.* 2: 271. III. Pollicitus fuit, fidem dedit. *ccap. Gi. C.* 2: 235. *et c* بـ *r. T.* 50: 8. *et cc*

cc ل *r*. *T*. 552: 5. *pec.* Dixit conſtituitque tempus *aut* locum. *ccga. Ca. C.* 2: 48. VI. Promiſerunt invicem: *pec.* boni quid. *C.* 8: 43. *et* Praeſtituerunt invicem tempus ac locum *ad faciendum quid cc* الي *T.* 40: 7. وَعْدٌ *Act.* promisſio. *H.* 6: 240. *uti et pro* وهد *legendum C.* 21: 19. *etiam* Comminatio, minae. *C.* 11: 68. *ſic et* وَعِيدٌ *C.* 14: 17. *unde* يَوْمُ وَعِيدٍ dies comminata. *C.* 50: 19. مَوْعِدٌ *et* مَوْعِدَةٌ, *Coll.* مَوَاعِيدُ, *Act. ſign.* 1. Promisſio. *C.* 9: 115. *et* Promiſſum. *T.* 550: 19. *item* Locus *et* tempus promisſionis: *aut et* comminationis. *C.* 11: 83. مِيعَادٌ *idem. H.* 1: 20. *et ipſa* Promisſio. *C.* 34: 29. مَوْعُودٌ Praedictus *dies C.* 85: 2. *item* مَوْعُودٌ بِذِكْرِهِ is de quo antea dictum eſt. *T.* 104: 12.

وَعَرَ *H. et Ar.* יער, Difficilis ſuperatu ac ſalebroſus fuit *mons*, *locus*: *et* talis fuit *via*, intricata *quaeſtio cc* على *p. Gi.* وَعْرٌ, *Coll.* اوعار *et* وعور, Difficilis, ſalebroſus et aſper *locus*. *T.* 160: 7. *et uſu ſubſt. abſolute* talis locus. *T.* II. 988: 1. *metaph.* مسلك الوعر ſemita aſpera; *pro negotio difficillimo. T.* 114: 10. وُعُورَةٌ *Act.* Declivitas et aſperitas *loci*. *T.* II. 204: 3.

وَعَظَ, *Fut.* يَعِظُ, *H. et Aram.* יעץ, Monuit, exhortatus fuit: *pec.* referens quod futurum esſet; ad praemium pertinens vel poenam. *ccap. pec. adhibetur in re ſacra.* C. 2: 231. VIII. Monitis advertit animum, iisve paruit. *Gi. T.* 448: 6. وَعْظٌ *Act.* Monitio, exhortatio. *Gi. quae comparatur reti. H.* 1: 36. وَاعِظٌ, *Coll.* وُعَّاظٌ, Monitor. *C.* 26: 136. *Spec.* Concionator, qui e ſuggeſtu verba facit. *T.* II. 870: 10. مَوْعِظَةٌ, Monitum. *Gi. pec. ſacrum. C.* 2: 276. *etiam* Oratio ad Deum directa. *C.* 16: 126.

وَعَكَ Volutarunt in pulvere ſeu volutari ſiverunt *canes praedam. Ca.* وَعْكَةٌ Lapſus vehemens in curſu. *et* clades in bello. *T.* II. 258: 3.

وَعَمَ Dixit *domibus incolisve.* انعمي *i. e.* bene agite, *ſeu* bene vobis ſit mane, veſperi, ac noctu. *cca. Ca. ſic forte*

te

te Imperat. عـمـوا صـبـاحـا *H.* 3: 128: *n.*

